C. D.

DISCURSUS

JURIS CANONICI

DE

POENITENTIA ECCLESIASTICA,

von der

Kirchen-Busse/

QUEM



PRÆSIDE

PETRO MÜLLERO,

U. J. D. & Prof. Publ.

ad d. Januar.

In JCtorum Auditorio

publicæ ventilationi submittet

AUTOR

JOH. FRIDERICUS Knorr/


Hallens. Sax.

Jenæ, Typis Joh. Jacobi Bauhoferi 1678.

15



I. N. D. N. J. C.



CAPUT I.

continens

Definitionem Nominalē & Realem.

SUMMARIA.

I. Pœnitentia dicitur à pone & tenere. II. alii dictam volunt quasi pœnæ tenentiam. III. Allusio Gellii à pene & penuria, ut sit quædam indigentia. IV. de pœnitentia agit & Philosophus, & JCtus, & Theologus; sed diverso considerandi modo. V. Ethicus tractat de ea in loco de affectibus & principiis actionum humanarum. VI. Est virtus habitualis, & ad quam virtutem sit referenda? VII. D. Birnbeck virtutem pœnitentiæ ad Justitiam pertinere dicit. VIII. Physicus considerat actum animæ, qui aut præcedit pœnitentiam aut eam consequitur. IX. Theologus, quatenus conversio peccatoris ad Deum. X. JCti vocant pœnitentiam contrariæ voluntatis actum, & se per omnes ferè Juris articulos extendit. X. Canonistæ modò in sensu Theologico, modò Juridico hunc actum accipiunt. XII. Sacramentum esse volunt pœnitentiam, sed falsò. XIII. Obiter explicantur verba Apolog. Aug. Confessionis. XIV. Apud Pontificios denotat satisfactionem operis, in nostris Ecclesiis similis est Ecclesiastica Censura. XV. Tractantur synonyma. XVI. Describitur quid sit pœnitentia Ecclesiastica. XVII. Dividitur in privatam & publicam, & hæcce in solennem & non solennem.



MOrem Disputantium non transgredientes à scrutatione natalium vocis Pœnitentiæ Dissertationem nostram inchoamus, existimantes, Pœnitentiam cum Erasmo Roterodamo, 2. *ad Cor.* 7. dici 1) à 1
pone & tenere, ut idē sit quod priori consiliò repudiatò *tenere* posterius. 2) Alii 2

quasi pœnæ tenentiam dictam volunt, ut semper Pœnitens puniat in se ulciscendo, quod commisit peccando. Pœna enim propriè dicitur læsio, quæ punit, & vindicat, quod quisque commisit; ille igitur pœnam tenet, qui semper punit quod commisisse dolet. *c.4. de pœn. Dist.* 3. cum pœnitere sit mala perpetrata plangere, & plangenda iterum non perpetrare *c.1.& 6.de pœn.Dist.*3. quorsum forsitan respexerunt Canonistæ, cùm in Decreto, loco de Pænit. de variis variorum delictorum pœnis egerint. *vid. c.si quis 6. c. quicunque* 8. *c. si forte* 11.*c. cogitationis* 14. *c. sollicitatores* 15. *& seq. dist. I. de Pœ-*
3 *nitentia.* 3) Non insulsa Auli Gellii *Noctium Atticarum lib* 17.*c.*1. est allusio, cùm pœnitentiam à pene & penuria derivet, ut sit quædam indigentia. Pœnitens enim & consilio, solutiove cum destituatur, magnopere indigere videtur; Plura cui volupe est legere, adeat Heinricum Canisium *ad Decretales Tit. de Pœnit.& remiss.* *Dilligenses* Theologos *Disp. de sacram. Pœnit. c.*1.§.1.
4 4) De Pœnitentia agit & *Philosophus & JCtus &*
5 *Theologus* diversò tamen considerandi modô. 5) *Ethicus* de ea tractat in loco de Affectibus & principiis actionum humanarum, imprimis cùm voluntas naturâ feratur in bonum, & quod ei adversetur, rejiciat, atque eligat sibi, quod commodum videtur; Similiter prætor variantem seu pœnitentem non semper repellit, nec consilium mutantis aspernatur, ut inquit *Papinianus in L.8. ff. d. Collat. & ibi Gloss.* Atque eô modô reprehensibilis non est, cùm etiam cordatioribus viris nunquam laudata sit in una sententia perpetua permansio, si fides habenda Tullio *lib.1. famil. antepenult.* Huc refer *l.*21. §. 6. *de Act.emti*, ubi qui vendit domum, excipiens ibi habitationem ad dies vitæ, vel ad singulos annos decem, emtor quotannis pœnitere possit; & si primo anno elegerit habitationem, alterô annô decem postulare; Tertiô iterum pœnitentiâ du-
6 ctus habitationem eligere possit. 6) Unde Pœnitentia Ethi-

cis est virtus habitualis, ejusque actus est actus Virtutis: sed ad quam est referenda? Si accipitur ut actus, cujus est dolere de peccato, ut est offensa Dei, sic non distinguitur à charitate, si verò accipitur ut actus, cujus est compensare injuriam Deo per peccatum illatam, sic pertinet ad justitiam 7) Confirmat hæc *Andreas Birnbeck in Tract. de Virtutib. c. 9. p. 462.* Virtutem Pœnitentiæ ad justitiam pertinere inquiens, quippe, quâ id quod per peccatum ablatum fuisset, quasi refundatur & restituatur; Pœnitentiamque talem esse virtutem, quâ homo detestatur peccatum, ac de eo dolet, quatenus Dei offensa est. 8) *Physicus* considerat actus animæ; qui aut præcedunt pœnitentiã, ut tamen sine illis vix esse possit, aut eam consequuntur. In actibus præcedentibus, primus est potentia cognoscitiva, nempe intellectus, quo homo cognoscit ab objecto sub ratione boni sive veri, sive apparentis, illudque proponit appetitui. Alter actus spectat ad appetitum, quo voluntas fertur in objectum antea cognitum. Tertius actus pœnitentiam præcedens est, quo homo in objecto isto deprehendit aliquam disconvenientiam. Hosque actus sequitur actus appetitus seu voluntatis, in quo formaliter consistit Pœnitentia, talis scil. actus, quò quis nollet id, quod ante voluit. Hunc actum consequitur jam alius actus in appetitu, seu decretum voluntatis de eo, quod ante voluit, destruendo, mutando, retractando, abolendo, non amplius committendo. Prout Antecessor hujus Salanæ inclutus *JCtiss. Dn. D. Henr. Balth. Rothius Dissert. suâ Inaugurali de Pœnitentia & voluntatis mutatione Cap. 1. fusius deducit.* 9) *Theologus* considerat Pœnitentiam tanquam conversionem peccatoris ad Deum, ut sit regressio, reditus, quia per veram pœnitentiam revertimur ad Deum, perinde ac si quis ad viam unde aberraverat revertatur. *Conf.* Flacium *in Clav. Scripturæ S. sub vocabulo*

pænitentiæ. Gothofr. Cundisium *Colleg. Isagogico 2. Disp. 1. cap. 1.*
10 §. 5. 10) JCTI vocant Pœnitentiam contrariæ voluntatis actum, quô quis illud retractat, permittente tamen lege, quod quis antea gesserat, eaque sese extendit per omnes ferè juris articulos, ita ut tàm tacitè quàm expressè, licitè & illicitè fiat, & tàm in sponsalibus & nuptiis, quàm adoptionibus it. tutela & cura, Dominio, Usucapione & Donatione, Feudo, Juribus seu rebus incorporalibus, uti & in Testamentis, Hereditatibus & Legatis Pignore & Possessione, Pactis ac Conventionibus, Contractibus realibus, Chirographariis, Verbalibus, consensualibus, Innominatis & qs. Contractibus ac tandem in delictis locum habeat, prout hæc omnia solidè deducit *laudatus Dn. Rothius dict. Differt. per tot.*
11 11) CANONISTÆ modò in sensu Theologicò, modò juridico prout in utrumque latus, alienis plumis se ornantes inclinare assolent, hunc actum accipiunt. In sensu Juridico usurpatum legimus in *can. mutare consilium* 33. *d. R. I. in 6to.* Theologicè *pro contritione cordis c. ecce nunc dist. 1. d. Pœnit. c. quem pœnitet, eadem dist. & tract.* Sic Judas & Esau pœnituisse dicuntur *c. Juda & seq. dist. 3 de Pœn. Item pro nova obedientia in c. pænitentia 2, c. reperiuntur & seq. pl. dist. 3. d. pœnit.* Nec sicco pede prætereundum est, quod Canonistæ pœnitentiam statuant esse Sacramentum *C. 49. q. 3. de pœnit. dist. 1.* Ut Lancellot *lib. 2. Instit. I. C. tit. 5. § 1. statuit*, ibi: *Pœnitentia est sacramentum quod contritione, confessione & satisfactione concurrentibus peccatorum operatur remissionem.* Verùm rectè animadvertit *D. Caspar. Zigler ad Lancell. Instit. Lib. 2. tit. 2. §. 2. in not. & lib. 2. t. 5. §. 1.* quod licet pœnitentia & absolutio, qua generales permissiones singulis applicantur, mandatum habeat & permissionem, quia tamen deest externum elementum & signum à Christo in hunc usum destinatum, manifestum est, pœnitentiam non posse dici Sacramentum, ea scilicet notatione, quâ sacramenta dicuntur Baptismus & Eucharistia; prout au-

autem vocabulum Sacramenti latè & impropriè sumitur, uti notat rem sacram, quæ habet mandatum & promissionem, eatenus pœnitentiam sacramentum appellari posse tradit *D. Friedlieb in Med. Theol. in loco de Pœnit. q.1.* 12) Neque 12
perjuri sumus, quando verba Apologiæ August. Confess. *art.* 13. dextrè applicamus scil. non aliter ibi Confessionem dici sacramentum, quàm ratione finis, quem cum sacramentis communem habet *Gerh. Confess. Catholica Lib.2. p.3. Art.16. Cap.* 1. *Th.* 4. Bebelius *in Antiquitatibus Ecclesiæ pag.* 1029. accuratiora videantur apud Theologos, ad quorum forum talia tractanda propriè spectant. 13) Cùm verò Sacerdotes Pon- 13
tificii pro qualitate delicti, culpæ & personarum, externam pœnam pœnitentibus imponere & per modos culpæ vindictam & censuram canonum æstimare consueverint; ideò pœnitentia denotat satisfactionem operis *c. mensuram 86. dist.* 1. *de Pœnitentia cap. latores* 4. *X. d. Clerico excommunicato. tot. tit.* X. *de pœnit. & remiss.* Cui in nostris Ecclesiis similis est Censura Ecclesiastica per Synecdochen partis ita dicta.

14) Vocatur Pœnitentia aliàs *Publica* sive *Ec-* 14
clesiastica, item *Satisfactio Canonica*, *Spiritualis Reconciliatio Ecclesiæ offensæ*, *Proclamatio Publica hominis lapsi* vel peccatoris, non eo modo ac si talis pœnitens pro peccatis suis satisfaceret per hanc pœnitentiam, sed quod Ecclesiæ ob datum scandalum satisfiat. *Rebhan.* im Bericht von der Kirchen-Buſſe *Cap.* 3. Pœnitentia humilima *c.22. de Pænit. dist.* 3. deprecatio publica, Pœna publica, castigatio publica, seu Ecclesiastica. M. Anton Reiſer in der Anweiſung/wie es jedeß mal in der Kirchen GOttes mit der öffentlichen Buſſe iſt gehalten worden. *p.* 527. Germanicè, Kirchen-Buſſe/ öffentliche deprecation und Abbittung/ öffentliche Verſöhnung oder Ausſühnung mit der Kirchen/ öffentl. Wieder-aufnehmen der Gefallenen. *Carpzov. Jurispr. Consist. lib.* 3. *tit.* 7. *def.* 82. *n.* 7. 15) Quæ describitur, quod sit 15

actus, quo peccator, qui graviori delicto Deum Ecclesiamque offendit, ad abolendum scandalum ab ipso datum, corã facie Ecclesiæ, prævio Magistratus Ecclesiastici decreto, commissa publicè deprecatur, meliorem vitæ cursum pollicetur, atque ita conciliatur Ecclesiæ.

16 16) Dividitur aliàs pœnitentia Ecclesiastica in privatam & publicam, hæc verò in solennem & non solennem. Privata, in qua soli Sacerdoti detegitur peccatum & satisfactio pro eo injungitur occultè peragenda, neque enim peccatum occultum publicare permittit christiana charitas, proinde Sacerdos confessionem sibi factam revelare non debet, & si peccatum in pœnitentiali judicio sibi detectum, præsumserit revelare, non solùm à Sacerdotali officio deponendus, verum etiam ad agendum perpetuam pœnitentiam, in arctum monasterium detrudendus *c.2.omnis vers. caveat autem X. de Pœnit. & remiss. c.de pœnitent. dist. 6.* & Sacerdos si sciat pro certo reum aliquem esse criminis, vel confessus fuerit, non debet eum arguere nominatim, sed indeterminatè, quia non ut Iudex scit, sed ut Deus. Ungebauer *ad tit. X. de confess. n. 25. & 26.* Publica solennis est, quam imponit Episcopus ob gravissima crimina publica, in capite quadragesimæ peragendam servatis solennitatibus de quibus in *c. Pœnitentes 63. & c. In capite, distinct.* 50. & plura cap. V. videantur. Publica pœnitentia non solennis est, quæ publicè citra ullam Iuris solennitatem peragenda, injungitur Vallensis *in parat. Jur. canon. tit. de pœnit. & remiss.* §. 4.

CAP. II.

proponens

Causam efficientem, seu Quinã possint imponere pœnitentiam Ecclesiasticam.

SUM.

SUMMARIA.

I. Causa efficiens Pœnitentiæ Ecclesiasticæ est Jus circa sacra habens. II. In Veteri Testam. Deus hanc exercuit potestatem. III. Constituit Deus pœnitentiam quotannis semel die & mense *Tisri* qui sub finem nostri Septembris incidit. IV. Hoc festo, quod alias vocatur Festum Expiationis, Pontifex juvencum mactabat; ubi simul ritus narrantur. V. Deus illos, qui immunditiem aliquam contraxerant, tribus vel septem diebus à tabernaculo abstinere voluit. VI. In Republica Romana jus circa sacra fuit modò penes Regem, modò penes populum, modò Optimates, modò Principes. VII. Ab Imperatoribus Christianis res Ecclesiæ dependerunt, Cæsarei enim muneris est, ut subditi non solùm pacificè sed & piè vivant. VIII. Pontifices Romani, de facto potestatem circa sacra sibi arrogarunt, ut quicquid possederint, nec præscriptioni locus sit. IX. Hodie tamen ubi potestatem illam adhuc exercent, Jurisdictionem Ecclesiasticam sibi attribuunt. X. Tres hodie Religiones pro licitis confessionibus in Imper. Rom. German. habentur. XI. Unde dicantur Protestantes Imperii Status. XII. Jura circa sacra, & ante Transactionem Passaviensem habuerunt. XIII. Ipse Carolus V. vocat Status Imperii Schützer und Schirmer des Glaubens. XIV. In numero Statuum sunt Civitates Imperiales, quibus Jura territorialia competunt. XV. Vigore hujus Superioritatis instituunt Consistoria. XVI. In quatuor summis Capitibus, scilicet Ordine, Lege Diœcesana, Jurisdictione & Statu consistit Jus Episcopale. XVII. Quare impositio pœnitentiæ Ecclesiast. illuc sit referenda. XVIII. Dictum de cognitione Juris Episcopalis procedit *regulariter*. XIX. In primitiva Ecclesia Christus & Apostoli destituebantur potestate in Republica, exercuerunt tamen Ecclesiastica. XX. Nobiles Immediati Status quidem non sunt, neque superioritate territoriali gaudent, habent tamen Jus circa sacra vigore Pacis Religiosæ & Instrumenti Pacis. XXI. Nonnunquam Statibus Provincialibus, qui subditi sunt, facultas cognoscendi de causis Ecclesiasticis competit. XXII. Quod vocabulum *Annexa* in Instrum. Pac. denotet. XXIII. Nobiles Augustanæ Religioni addicti, si habeant Jus Patronatus atque sint

Prin-

Principes Religionis Pontificiæ subditi, Jurisdictionem Ecclesiasticam exercent. XXIV. Civitates Municipales nonnunquam ex singulari Principis concessione, longæva consuetudine vel præscriptione Jura quædam particularia Episcopalia vel Ecclesiastica possident. XXV. JCtus Mevius deducit, Civitatibus Principi subditis aliquid Jurisdictionis Ecclesiasticæ competere posse. XXVI. Pacificatio Religiosa Inferioribus Magistratibus Jus & possessionem suam in Ecclesiasticis non eripuit, & generalis Jurisdictio Principum, non potest derogare in causis Ecclesiasticis acquisitæ & habitæ Jurisdictioni Minorum. XXVII. Per privilegia etiam ea possunt cedi, quæ sunt Jurisd. Ecclesiasticæ. XXVIII. Judæi à Statibus Imperii recipiuntur ac tolerantur. XXIX. Concesserunt Imperatores iis securitatē in profanis & aliis. XXX. Concessa quoq; ipsis est facultas pœnitentiam quandam juxta illorum ritus imponendi. XXXI. Zarvossi, conversi Judæi, relatio adducitur. XXXII. Qui autem non habent Jus circa sacra, vel jurisdictionem Eccles. imponere non possunt pœnitentiam. XXXIII. Superintendens absque præscitu Consistorii illam injungere nequit, de quo Sanctio est Saxonica. XXXIV. Quatenus pœna dici possit Pœnitentia Ecclesiastica. XXXV. Ne Ministri Ecclesiæ affectibus animi indulgentes severius, quàm par est, in delinquentes animadvertant, cognitio accuratior in Consistoriis instituenda est. XXXVI. Multominus Superintendens pœnitentiam ejusmodi de novo introducere potest, ubi in usu aliàs non est. XXXVII. Publica pœnitentia non est simplicis & absolutæ necessitatis, sed ex numero corū quæ sunt adiaphora. XXXVIII. Hæc potestas in Ecclesiis Aug. Confess. ad Principes pertinet, allegatur Rescriptum. XXXIX Pastori non licet imponere pœnitentiam. XL. Licet ipsi vitii taxatio sit concessa. XLI. Contrafaciens actione injuriarum tenetur, & punitur. vid. Rescript. Suprem. Consist. Dresdens. XLII. Annon liceat Ministro Ecclesiæ imponere pœnitentiam, cùm Christo licuerit? Resp. XLIII. Patronus, cùm non habeat Jurisd. Ecclesiasticam, non potest imponere pœnitentiam. XLIV. Si Pastor monita Patroni secutus pœnitentiam imponat publicam, arbitrariè cum Patrono punitur. XLV. Contra Patronum ob abu-

sum

sum illius Juris agi potest ad privationem Juris Patronatus, & contra Pastorem ad suspensionem vel remotionem ab officio. XLVI. Si inter quosdam sit controversia circa Jura Ecclesiastica, ab eo est imponenda pœnitentia publica, qui est in possessorio. XLVII. Si in isto judicio nondum res sit decisa, tunc neutri concedenda. XLVIII. In causis, quæ moram non patiuntur, Judex Superior eam interim exercere potest. XLIX. Camera Imperialis in causis Ecclesiasticis in possessorio decernit. L. Cognoscit etiam Camera, si quæstio super re spirituali mota consistat in facto.



Ausa efficiens Pœnitentiæ Ecclesiasticæ est τὸ κύριον in Republica, & Jus circa sacra habens. Penes quem enim est Legum autoritas, sive ipse sit Legislator, sive is Magistratui aut judici administrationem earundem & executionem demandaverit, (nam Principes sibi comparant oculos multos, & aures, & manus & pedes *Aristotel. c. 3. Polit. 12. p. 211*) & Jurisdictio, ejusque effectus, sc. Pœnitentiam publicam decernendi competit potestas. In Veteri Testamento Deus hanc exercuit potestatem. Quamvis *Ipse* ad gubernationem omnium Rerumpublicarum tanquam causa prima concurrat, peculiare tamē fuit in Repobl. Ebræorum, in qua penes ipsum Deum arbitrium fuisse ὁ πάνυ Conringius *dissert. de Politia s. Republica Ebræorum* pluribus demonstrat. Dedit ipse leges, prout ex plurimis Leviticorum, Numerorum, & Deuteromorum capitibus elucet, unde quicquid in vita humana commodis legibus definitum est, magnam partem depromptum videas. 3) Constituit autem Deus pœnitentiam quotannis semel die & mense *Tisri*, qui sub finem nostri Septembris incidit, de qua mentio fit *Lev. 16. v. 30. & 31.* Das sey euch ein ewiges Recht/ den 20. Tag des 7. Monats sollt Ihr eure Leiber casteyen/ und kein Werck thun/ denn an diesem Tage geschiehet eure Versühnung/ da Ihr von aller eurer

1

2

3

Sünde werdet gereiniget für dem Herrn / darum sey es der grosse Sabbath / daran solt Ihr eure Leiber demüthi-
4 gen / ein ewig Recht sey das. 4) Hoc festo, quod alias *Festum Expiationis* vocatur, Pontifex pro se & sua familia expiandis juvencum mactabat, ut doceret se æquè ac cœteros homines peccatorem, & pœnitentiæ agendæ obstrictum nec verum illum Pontificem esse, cui non sit necesse prius pro propriis peccatis victimas offerre *ad Ebræ.* 7. *v.* 27. Porrò Pontifex à populo duos Hircos accipiebat, quorum alter ad expianda populi peccata mactabatur, alter vivus dimittebatur, postea in sanctum sanctorum ingrediebatur, adeoque non nisi semel per annum, & preces fundebat. Ex sancto sanctorum reversus Pontifex publicam confessionem totius populi edebat, quam antiquissimos Ebræos, in *Talmud Massech Joma Cap.6.* per sequentia explicuisse testatur *Excell. Dominus Professor Frischmuthius in Dissert.* I. *de Hirco Emissario Th.*9. videlicet, Obsecro Domine, deliquerunt, rebelles fuerunt, peccaverunt coram te populus tuus Domus Israel. Obsecro Domine, remitte nunc delicta, & rebelliones & peccata, quæ deliquerunt & in quibus rebelles fuerunt coram te populus tuus Israel, sicut scriptum est in lege Moysis servi tui *Lev.*16. *v.*30. dicendo quia in die hoc expiavit vos ad mundandum ab omnibus peccatis vestris mundi eritis coram Domino. conf. D. Calov. *in Bibl. vet. Testam. annot. ad d. loc.* Si quis igitur graviter peccasset, uti si Virum muliere serva desponsata Viro concubuerit, eum quidem flagris cædendum jussu Magistratus leges Mosaicæ mandabant, sed posteà pro delicto suo offerre tenebatur ad ostia tabernaculi arietem in sacrificium, quæ erat deprecatio publica coram Deo & Ecclesia *Levit.* 19. *v.*20. 21. & 22. Sacrificia illa expiatoria ibi merebantur remissionem in externa conversatione, h.e. ne illi excluderentur ex Politia Mosis, Heerbrandus *in Compend. de finib. sacrif. Levit.* Media erant, quibus polluti, aut quavis de causa immundi leviticè munda-

dabantur & in cœtum recipiebantur. 5) Sic *Num.* 19. *v.* 13. 5
20. Deus illos, qui immunditiem aliquam contraxerant, tribus vel septem diebus à tabernaculo suo abstinere, adeoque à cœtu & commercio Ecclesiæ suæ exclusos & aquam separationis i.e. quæ propter immunditiem separatis cum Ecclesia hoc visibili testimonio reconciliandis destinata erat) super ipsos spargi voluit. Quod si verò absque illa purificatione & aquæ separatione tabernaculum quispiam ingressus, & tanquam ritè expiatus immiscere sese ausus fuerit, tabernaculum & sanctuarium illum polluere, illamque animam ex Israele excindendam Deus pronunciavit. Wilhelm. Zepper. *de Polit. Ecclef. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 5.

6) IN REPUBLICA ROMANA Sacrorum omnis pote- 6
stas sub Regibus fuit, sacra Patres custodiêre Dionys. Halicarnasseus *lib. Antiq. Roman.* De *Romulo* vid. *Knichen. de Autocratia Rom. Imp. c.* 1. *n.* 571. *De Numa Pompilio* Val. Maxim. *l.* 1. *c.* 2. qui in specie, ut Deorum timore ad mitiora truces animos flecteret, Religionibus & divino jure populum devinxit, Tacitus *lib.* 3. *Annal. c.* 26. de Reliquis Regibus vid. Val. Maximus *l. c.* D. Conring de *Majest. civil. autorit. & officio th.* 62. & 63. D. Mylerus ab Erenbach *de Princip. & statibus Imper. Roman. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 9. Post Reges in Statu Democratico penes populum fuit, Cic. *lib.* 2. *de Divin.* In Statu Aristocratico penes Senatum. Livius *Lib.* 40. postquam summa rerum venit ad unum, *Principes* jus circa sacra habuerunt, *Svetonius in August. Cap.* 31..

7) AB IMPERATORIBUS CHRISTANIS, ex quo 7
tẽpore tales se profiteri cœperunt res Ecclesiæ dependerunt, inquit Socrat. *l.* 8. *hist. Eccl* Hoc enim muneris Cæsarei est, dicẽte Theodosio in *Epist. ad Cyrillum*, ut non solùm pacificè, sed piè etiã subditi vivant. In hoc potius Reges (verba sunt Augustini contra Crescent. 3. c. 51.) sicut eis divinitùs præcipitur, Deo serviunt, in quantum Reges sunt. Si in Regno suo bona jubeant, malis prohibeant, non solùm, quæ ad humanam socie-

tatem pertinent, verùm etiam, quæ ad divinam religionem. Dn. Præses *in tract. suo, quem inscribit: Præsidia Domus Illustris cap. 5. posit. 2.*

8 8) PONTIFICES ROMANI quamvis de facto potestatem circa sacra sibi arrogarint, cùm ipsi in *Can.* Hadrianus Papa *dist.* 63. invitis dentibus fateantur, jus tale Carolo Magno competere, add. *can. res autem* 23. *quæst.* 5. cujus canonis fidem contra Baronium uberius firmat Henning. Arnisæus *de translat. Imper. cap. 7. n. 21. & de jure Majest. lib. 2. c. 6. n. 10* atque Imperatores de violenta per Hildebrandum inprimis facta extorsione graviter sint conquesti, ac jus suum integrum sibi reservaverint. Goldast. *Tom. 1. Const. Imp.* Otto Frisingens. *Chron. lib.* 27. *c.* 14. nec aliter dicendum sit, quàm quod Papa, quicquid juris circa sacra sibi assumserit, absque titulo, malaque fide possederit, ut nec præscriptioni locus sit. Engelbrecht *de Jurisdict. th.* 98 Magnificus Accad. hujus h. t. Rector Johann. Gvilielm. Bajer *SS. Theol. D. & P. P. Celeber. Dissertat. de falso jactata dignitate & potestate Romanor. Pontific.*

9 9) Hodie tamen ubi adhuc potestatem illam exercent, quod fit per Consistorium, quod alias vocatur Spiritualis Curia, Episcopalis audientia *l. 25. C. de Episc. & Cleri* & auditorium *C. veritatis* 8. *Extr. de dolo & contumacia*, non solùm in subjectos sibi Clericos, sed etiam laicos, in negotiis sc. Ecclesiasticis, jurisdictionem Ecclesiasticam sibi attribuunt, ut si in causis spiritualibus controversia oriatur vel decidenda veniat, ad Pontificem recurratur, cui omnes Ecclesiæ de Jure

10 Pontificio subjectæ. Lancellot. *in Inst. J. Can. l. 1. tit. 5. §. 5.* 10) In Imperio Romano Germanico, quoniam hodie Tres Religiones, nempe Catholica, Evangelica, & Reformata prolixiis confessionibus judicantur *art. 7. Instr. Pacis.* Tabor *de regim. Imper. Eccles. sect. 2. th.* 8. Gastelius *de Statu Europæ novissimo cap. XI. n. 1.* Balduin. *in casibus consc. lib. 2. cap. 6. cas. 3.* Principes Pontificiæ addicti religioni, agnoscunt Romani Præ-

sul's

ſulis Iurisdictionem in Eccleſiaſticis. 11) *Proteſtantes* autem 11
(qui ita dicuntur, quod Imperatori Carolo V, qui anno 1529. ſuggeſtione Papali mutaverat mentem, atque contra novatores in Religione ſeverius ſcripſerat, *Principes quidam & Civitates Imperiales* ſeſe oppoſuiſſent, ac contra iſtiusmodi Decreta proteſtati eſſent, iſtam proteſtationem ac appellationem ad Concilium ac non ſuſpectos Iudices interpoſuiſſent. Dn. Præſes *in ſua Diſſert. Inaugural. de Judiciis Eccleſiaſticis Proteſtantium Helmſtadii habit. th.* 7) eò quod ſint ſtatus Imperii & habeant 12) Ius territoriale ac Superioritatis, poſtliminio quaſi reſtituti jus circa ſacra obtinent; atque hanc etiam poteſtatem, ante tranſactionem Paſſavienſem habuerunt; 12
prout deducit Sevius *ad Pac. Relig. Diſſ. 1. th.* 4. & Dn. Præſes *d. l. th.* 20. inquiens. Non exiſtimandum eſt, uti quidem magni nominis ICti faciunt, quaſi occaſione demum tranſactionis Paſſavienſis poteſtas religionis ad comitia, ac proinde in Statuum ſuperioritatem conceſſa fuerit. Nam Status Imperii ante prælaudatam Tranſactionem divino potius jure, quàm conceſſione Imperatoria regimen Eccleſiaſticum ſuſtinuerunt. Magnif. D. Freyſtein *in accurat. Diſſert. ſua Inaug. de Jurisdict. Eccleſiaſtica th.* 57. D. *Tabor de Regim. Imper. Eccleſiaſt. th.* 2. 3. Nam à tempore conceſſæ Superioritatis territorialis, quod ad tempora Imperatorum Saxonum reſtringendum arbitratur D. Simon *de Jurisd. territoriali cap.* 3. §. 3. Status Imperii tantum potuere in ſuis territoriis, quantum Imperator in Imperio; cujus ſententiæ explicationem vide in *Diſſert. de Orig. Illuſtris illius regulæ: Romano Germanici Imperii Electores Duces Marchiones Landgravios &c. Tantum poſſe in ſuis territoriis &c.* D. Huldenrici Eibenii JCti: Iam quis dixerit, Cæſarem in imperio Religionis curam non habere, quis verò neget & Status Imperii regium fermè in modum ditiones ſuas gubernantes Ius ſacrorum non habuiſſe, licet, uti dictum, de facto Papalis Sævities ſuſpenſum quaſi fecerit exercitium. 13) Omne 13

 de-

demum dubium eximitur per ipsam confessionem Caroli V. qui longè ante Pacificationem Religiosam appellavit Status Imperii Schützer und Schirmer des Glaubens *Recess. Imp. Norimberg. de anno* 1524. §. Also auch vielgedachte. 28. Similem in modum Havemann. *de Jure Episcopali tit. 2.* §. 35. refert, Augustanæ religionis Episcopos i. e. Principes sustinere regimen Ecclesiasticum potius jure divino, quàm Imperatoria concessione. In numero Statuũ Imperii etiam sunt CI-
14 VITATES 14) LIBERÆ IMPERIALES die Reichs-Städte/quibus jura territorialia competunt Mingius, *de Super. territor. c. 3. th.* 42. & 44. Lehm. *in Chron. Spirens. lib. 4. c. 3. per. tot.* (cui sese opponit Andr. Knichen, quem Principum mercenarium appellat Limnæus *de Jure Pub. lib.* 7. *c.* 1. ejusque argumenta refellit, *in velitatione apologetica opposi*) adde Christoph. Besold. *de Jure & Imperio Imp. civitat. th.* 43. VVurmſ. *Exercit. I. P. 3. th.* 18. Ideoque non minus ac cæteri Principes & Status Imperii libero & publico Religionis exercitio & juribus Episcopalibus fruuntur, Reichs-Abschied de Anno 1555. §. Nachdem aber 7. quod extra omne dubium hodie est, vigore Instrumenti Pacis Cæsar. Svec. *art. 5. n.* 11. *& art.* 8. §. *tam universalibus.* Ibi: *tam in universalibus quam particularibus diætis Liberis Imperii civitatibus non minus, quam cæteris Statibus Imperii competat votum decisivum, iisque rata & intacta maneant regalia, aliaque jura, ab Imperatore legitimè impetrata vel longo usu ante hos motus obtenta, possessa & exercita, cum omnimoda Iurisdictione intra muros & in territorio* Proinde Civitates Imperiales vigore juris territorialis
15 à quo dependent jura Ecclesiastica, Pœnitentiam Ecclesiasticam imponere possunt. 15) Vigore hujus Superioritatis & Iurium circa sacra Principes & Status Imperii CONSISTORIA seu Iudicia Ecclesiastica instituunt, in quibus res & causæ Ecclesiasticæ & spirituales, ac quæ exinde dependent, tractantur & deciduntur, Nicol. Mylerus ab

ab Erenbach *de Princip. & stat. Imp. p. 2. c.* 88. §.1. dicuntur die Kirchen / Gerichte / Ehe-Gerichte / Burgot. *not. Imo. p. 2. disc.* 15. n. 1.16) Ita autem de potestate Episcopali, quæ in quatuor summis Capitibus nempe in *Ordine*, *Lege Diœcesana*, *Jurisdictione*, & *Statu seu Dignitate* consistit, sentiendum; quod ea, quæ sint Ordinis v.g. prædicatio verbi divini, administratio Sacramentorum, ordinatio Ministrorum, clavium potestas, & ipsum ministerium respiciunt, Principes & Status Augustanæ Confessionis per Superintendentes & Ministros Ecclesiæ secundùm ordinem divinitùs institutum ad normam Evangelicam decenter perfici ordinant. Reinking de *Regim. seculari & Eccl. l.* 3. *cl.* 1. *cap.* 10. *n.* 5 Hæc enim ad internam potestatem Ecclesiasticam pertinent, Carpz. *lib.* 1. *Jr. Consist. lib.* 1. *a.* 2. *n.* 13. cui magistratus Politicus nequaquam intromittere se, sed memor esse debet effati Constantini, qui sit Episcopus non in Ecclesiis, sed extra Ecclesiam, Euseb. *lib.* 4. *de vita Constant. c.* 24. quamvis cura circa illa quoad externa accidentia, Principi etiam competat, Magnif. Dn. Struvius *Syntagm. Juris Feudal. c.* 6. §. 17. n. 2. Quæ autem ad Legem Diœcesanam referuntur, utpote Canonica obedientia, dispositio & gubernatio rerum & bonorum Ecclesiasticorum &c. Item quæ ad Iurisdictionem Episcopalem pertinent, ut Controversiæ Clericorum omnium tàm civiles & criminales, quàm spirituales, Laicorum spirituales causæ, & tandem quæ ad Statum seu dignitatem spectant, ut tituli dignitatis illustriores, privilegia, immunitates & securitates episcopales, de quibus Dom. à Seckendorff im Teutschen Fürsten Stat *part. cap.* 11. Laur. Ohm. *de Iure Episcopali th.* 15. *& seq.* & VVeberus *de Iure consistoriar. cap.* 7. *per tot. plur. vid.* per Consistoriales expediunt. 17) Cum itaque ad jurisdictionem Episcopalem pertineant etiam emendæ, satisfactiones, 17 pœnæ Ecclesiasticæ, sine ulla sanguinis profusione infligendæ, (de rigore enim canonum pœnam sanguinis irrogare

Ju-

Iudici Ecclesiastico non convenit. *c. inter 33. q. 2. c. non homine X. de judiciis, c. clericus c. penult. X. ne Clerici vel Monachi cap. ult. eodem in 6to.* Weberus *de Iure Consistorior. sect.* 26. in propatulo erit impositionē pœnit: Eccl. illuc esse referendam, ut patet ex Rescripto Electorali Saxonico, quod refert Carpzov. *IP. Consist. lib.* 1. *def.* 4. *n.* 13.

18 18) Quod autem dictum est, vigore Iuris Episcopalis
cognitionem esse penes jura territorii habentem, id intelli-
19 gendum est, procedere *regulariter.* 19) In primitiva Ecclesia,
quis nescit imperium seu *τὸ κῦρος* fuisse penes Imperatores
Ethnicos, potestatem tamen excommunicandi pœnitentiamque imponendi exercuisse *Christum* humani generis Servatorem & *Apostolos.* Sic Paulus 1. *ad Corinth.* 5. *v.* 4. Incestuosum illum Corinthium ab Ecclesia in nomine Domini nostri Iesu Christi congregata tradi vult Satanæ ad interitum carnis, ut Spiritus salvus sit in die illo Domini Iesu, & sceleratum illum tolli ex illis, vicissim 2. *ad Corinth.* 2. *v.* 6. eundem pœnitentem recipi etiam vult ab Ecclesia, eique condonari, & quidem cum consolatione, ne quo modo redundante tristitiā absorbeatur, sed rata fiat in illum caritas, Zepper. *de Polit. Eccles. lib.* 1. cap. 16. *n.* 14. Habuerunt itaque Christi Discipuli ejusq; Successores in illa Republica *exercitium* Iurisdictionis Ecclesiasticæ, quamvis re penitus ponderata dici nequeat, Ius supremum tunc temporis ipsos habuisse. 20) *Hodie* sunt in
20 nostra Republica, qui destituuntur Superioritate terri-
toriali; nihilo tamen minus jura Ecclesiastica exercent, & per consequens pœnitentiam publicam statuunt. NOBILES IMPERII IMMEDIATI die Freyen von Adel / die Freye Ritterschafft / welche ohne Mittel der Käiserl. Majestät / und dem Reiche unterworffen. R. Abs. zu Außpurg Anno 1555. §. Und in solchen Frieden / neque Status Imperii sunt, ut patet ex declaratione Elect. & Statuum Catholic. Anno 1631. Dieweil die Fränckische Ritterschafft weder

De-

ein Stand des Reichs ist/noch in einigem völligen Reichs-Deputation oder andern Conventibus sessionem noch votum hergebracht/ id quod etiam Protestantes in responso suo comprobârunt verbis: Die Frey Reichs-Ritterschaft in Francken/ob sie gleich nicht Reichs-Stände/neque Superioritate territoriali, quippe quæ affectio propria, & essentiale consecutivum Civis Imperii est, sec. doctrinam ICti Strauchii, *Exerc. Exot. 4. th. 22.* gaudent, prout pluribus solidè examinata opinione contraria deduxit D. Simon *de Jd. Territor. cap.* 4. §. 12. Reinking *de Regim. Secul. & Eccl. lib.* 1. *d.* 5. *cap.* 10. præditi nihilominus sunt potestate circa sacra, non quidem jure Superioritatis reali, sed personali, vi investituræ & concessionis specialis, unde quoque Nobiles immediati gaudent beneficio Constitutionis de Pace Religionis, Reichs-Abschied de Anno 1555. §. 26. Und in solchen Frieden sollen die freyen Ritterschafften/welche ohne Mittel der Käiserl. Majestät/ und uns unterworffen/ auch begriffen seyn. cum quo concordat Instrumentum Pacis Osnabrug. *art.* 5. §. 10. *Libera & immediata Imperii Nobilitas omnia & singula ejus membra una cum subditis, & bonis suis feudalibus & allodialibus vigore pacis religiosæ, & præsentis conventionis in Iuribus Religionem concernentibus & beneficiis inde promanantibus, idem jus habent, quod suprà dictis Electoribus, Principibus ac Statibus competit, nec in iis sub quocunque prætextu turbentur aut impediantur.* Nolden *de Nobilitate cap.* 16. *num.* 154. quibus sic stantibus in suo districtu Nobilis Imperii immediatus quilibet pœnitentiam Ecclesiasticam delinquentibus decernere potest. 21) Nonnunquam ipsis STATIBUS PROVINCIALIBUS vigore Instrum. Monast. Osnabrug. 21
quamvis non sint Status Imperii vel immediati, sed *subditi* seu *mediati* facultas cognoscendi de causis Ecclesiasticis, & sic etiam censuram Ecclesiasticam imponendi competit, scil: illis, qui exercitium Religionis Augustanæ Confessionis li-

berum

liberum anno 1624. habuerunt, de quibus Instrum. Pacis *art.5.§12.* Ita *Catholicorum Landsassii, Vasalli & Subditi cujuscunque generis, qui sive publicum, sive privatum Augustanæ Confessionis exercitium Anno 1624: quacunque anni parte sive certo pacto & privilegio, sive longo usu, sive longa denique observantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam imposterum cum ANNEXIS, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuisse, probari poterunt &c. addito interdicto, ne quisquam à quocunque ulla ratione modove turbetur,* Confer D. Simon *de Jure emigrandi cap.2. per tot.*

22 22) quæ ANNEXA, teste Domino Præside in peculiari consultatione, *Utrum cognitio rerum Ecclesiasticarum semper sit penes jura territorii habentem th.9.* nihil aliud sunt, quàm quædam, eæque palmariæ juris Episcopalis particulæ, prudentique consilio dicto Instrumenti articulo insertæ, ita ut asserendum sit, etiam *in certis casibus* Iura Patronatus habentes jura Episcopalia rectè exercere, quod aliàs dictu sit difficile, Vid. D. Præses *d.l.* ubi per totum disserit

23 23) Nobiles Augustanæ Religioni addictos, si habeant jus Patronatus atque Subditi sint *Principis Pontificiæ religioni* addicti, jurisdictionem Ecclesiasticam posse exercere, cùm enim aliquid habeant ad præcedentia, (scil. jus exercendæ religionis) censeantur etiam habere sequentia, per quæ devenitur ad illa, textus est in 62. *ad rem mobilem ff. de Procurat. l. ad Legat. 56. eod. tit.* ibique *Paul. de Castrens. & Gl.* Atque vigore istius §. Statibus Provincialibus Episcopatus Hildesiensis Consistoriũ Lutheranum, cum in anno 24. tale, inque eo Consiliarios & Assessores habuerint, ipsis inter Annexa restitutum est, non attento Status Provinciales aliàs juris Territorialis non esse capaces, VVehner *in Observat. Pract. verb.* Landsasserey.

24 24) CIVITATES MUNICIPALES nonnunquam ex singulari Principis concessione, longæva consvetudine vel præscriptione, jura quædam particularia Episcopalia vel Ecclesiastica possidere deprehendimus, Magnif. Dn. Struv, *in Synt.*

Feud.

Feud. Cap. 6. aph. 17. *n.* 7. Si v.g. Magistratus in Civitate Municipali habeat facultatem vocandi & investiendi ministros Ecclesiæ, suspendendi & deponendi ab officio Ecclesiastico, pœnitentiam Ecclesiasticam imponendi in delictis ad Senatus jurisdictionem spectantibus, eamque in mulctam commutandi, ubi tamen Senatus Municipalis cum Ministerio civitatis plerumque consultat, ex ipso horum actuum exercitio, præscriptione temporis immemorialis firmato, jus quoddam firmissimum acquisivit, nam tempus immemoriale habet vim privilegii & concessionis, & est loco tituli, Sixtinus *de Regalibus lib.* 1. *c.* 5. *n.* 140. Gabriel. *lib.* 5. *de præscr. concl.* 1. *n.* 44. 25) ICtus Mevius *p.* 2. *decis.* 305. ponderosis 25
rationibus deducit, Quod etiam Civitatibus Principi Subditis vel Municipalibus aliquid Iurisdictionis Ecclesiasticæ competere possit, si vel Civitates Municipales cœpta post lucem Evangelicæ veritatis Religionis reformatione, non expectata Principum providentia, aliqua ex iis, quæ ad Sacra spectabant, emendare cœperunt, & ex illis quæ Ecclesiasticæ curæ atque potestatis antea fuerunt, aliqua ad se traxerunt atque in eorum possessionem venerunt, qui occupationis titulus non est injustus, sed per leges Imperii approbatus. Mevius *dict. decis. n.* 15. *&* 16. 26) Nam Pacificatio 26
Religiosa inferioribus Magistratibus jus & possessionem in Ecclesiasticis non eripuit & generalis Iurisdictio Principum, quam in causis Ecclesiasticis & Spiritualibus habent, non potest quicquam derogare in iisdem causis acquisitæ & habitæ jurisdictioni minorum Magistratuum, ut latius deducit Cothmann. *Vol.* 4. *Respons.* 33. *n.* 39. *&* 42. Imò rerum experientia comprobat, quod de jurisdictione Ecclesiastica, quæ principio penes solos Principes fuit, progressu temporis aliquod jus in Ecclesiasticis ad inferiores Magistratus translatum sit, Cothmann. *dict. Respons. n.* 51. Vel si Civitates Municipales privilegiis, antiqua consuetudine pactis vel trans-

actionibus jura quædam Ecclesiastica acquisiverunt & ex-
27 ercuerunt. Mevios *dict.l.n.21.& 22.* 27) cùm extra dubium
sit, per privilegia etiam cedi ea posse, quæ sunt jurisdictionis
Ecclesiasticæ, Heigius *Cons.51.n.239.* (quod est inter Consilia
Klockii) & per consvetudinem antiquam ac præscriptionem
sæpius acquiri, Heigius *d.l.n.140.* ubi addit, quod inter su-
periores & inferiores Magistratus prima jurisdictionis re-
28 gula debeat esse Consvetudo. 28) Porrò cum in Imperio no-
stro etiam IUDÆI à Statibus Imperii vigore Regalium &
Superioritatis Territorialis recipi, Ordin.Polit. *de anno* 1548
& 1577. *tit.* 20. Von Jüden und ihrem Wucher/ atque cer-
tis conditionibus & legibus tolerari possint, Mylerus ab
Erenbach *de Principibus & Stat.Imper. part.2. c.60.n.5.* Braut-
lacht *in epitom.Iprud.publ. lib.4. cap.8.* §.8. quo jure hodie etiam
Nobiles immediati ex privilegio gaudere testatur Dom.
29 Fritschius *in manuali Jpr.publ.p.236.* 29) (concesserunt enim
Imperatores Judæis securitatem in profanis *l.6.C.de Pagan.*
atque etiam quoddam quasi regimen in Synedriis & Prima-
tes *l.17.C.de Judæis*, Seniores *l.15. C. eod.* libertatem in suis o-
pinionibus, facultatem circumcidendi proprios liberos &
privilegia feriarum *l.2.C.de Judæis*, Tabor *de Metat.pag.242.*
concesserunt ipsis Synagogas, quas Christiani destruere ve-
tantur *l.14.l.19.* §.1. *C. de Judæis*, sunt autem Synagogæ Do-
mus congregationis, & respondent templis & Ecclesiis, in
quibus conveniunt ad publicas preces faciendas, lectiones
sacras ex lege & Prophetis peragendas, conciones audien-
das, & reliqua sacra administranda, quæ olim in templo
peragi solebant, prout Buxtorff. *in tract. de Synagog. Judaic.*
30 *Cap.8.* eas describit) 30) proinde concessa quoque iis est
potestas juxta illorum morem & ritus pœnitentiam quan-
dam ex consortio Judæorũ delinquentibus imponendi; con-
cesso enim antecedenti, concessum quoque videtur conse-
quens; Barbos. & Tabor *in Loc.Comm.Cap.66. Axiom.3.* & cum

sce-

sceptro & regimine pridem destituti omnemque in corpus & vitam judiciorum potestatem amiserint, Reinking *de Regim. sec. & Eccles. lib. 2. class. 2. cap. 3. n. 38.* imponunt iis, qui peccaverunt peculiarem pœnitentiam, quæ illis subeunda est, Buxtorff. *dict. lib. cap.* 47. 31) uti ex Dn. Ernesto Zar- 31
vossi, converso Judæo, atque olim apud suos magnæ autoritatis Rabbi, heic loci jam degente, relatum accepimus, scil. hodienum moris esse apud Judæos, ut si ratione pœnæ Ecclesiasticæ quid sit statuendum, nuncietur hoc Rabbi Synagogæ, qui porrò ad supremum in Circulo Synagogæ Rabbi, qui in Franconia residet Francofurti ad Mœnum, in Bohœmia Pragæ, in Polonia magna Posoniæ, & vocatur *Roschbageschivo*, Obrister Rabbi, qui genus & modum pœnæ definit ac rescribit, ut illa in loco inferioris Synagogæ executioni detur, plura de ritibus eorum vid. infra in Cap. 5.
32) Ex suprà dictis inferre licet, quod qui non habent jus 32
circa sacra, vel jurisdictionem Ecclesiasticam, sive jure proprio sive ex concessione, imponere haud valeant pœnitentiam Ecclesiasticam. Proinde illam etiamsi in civitate vel pago aliquo jam antea usitata & consueta fuerit. 33) SUPER- 33
INTENDENS sive Inspector absque præscitu Consistorii (quod judicium mixtum est, ex personis Ecclesiasticis & Politicis constans) imponere nequit, de quo in terris Electoratus Saxoniæ clarissima est sanctio in decreto Synodali de A. 1624. §. Und nachdem wir vermercken rc. vers. Wo aber das Abbitten von der Cantzel/ item das Knien vor dem Altar/ das Stehen vor der Kirchen/ und dergleichen längst üblich gewesen/ da sollen dennoch die Pfarrer für sich selbst solche Straffe niemals anordnen/ sondern alle Fälle an ihre Superintendenten / und dieselbe hinwieder an die Consistoria berichten / welche Macht haben sollen/ nach Befindung der Verbrechen und Beschaffenheit der Sachen/ eine solche Kirchen-Busse zu verordnen; Impo-

positio enim censuræ cum veniat ex jurisdictione Ecclesiastica, quâ destituuntur Superintendentes, Carpz. *Jprud. Eccl. lib.3.tit.1. def.4.n.12. & 20.* quippe qui respectu Juris Episco-
34 palis pure exsecutivè se habent. 34) multò minùs pœnam decernere poterunt, qualis est pœnitentia Ecclesiastica, non quidem in se & suâ natura, eatenus enim actio & virtus, non autem passio & pœna est, quin actus Ecclesiasticus & pœnitentialis, qui emendat scandalum, corrigit peccantem, eluit facti vitium, ideoque medicinalis potius, quàm pœna, Mevius *p. 6. Decis.* 357. sed per accidens & propter ritus & ceremonias illius actûs, quæ pœnitentiales sæpius graviter afficiunt & affligunt, Keslerus *in Cas. Consc. Cap. 2.* Rebhan
35 im Bericht von der Kirchen-Busse *cap.2.* 35) Nec minus rationis est, ne Ministri Ecclesiæ affectibus nimium indulgentes severiùs, quàm par est, in delinquentes animadvertant, ac in Consistoriis accuratior causæ cognitio institui possit, num scil. pœnitentia publica delinquentibus imponi debeat; Carpz. *lib.3. Jurisprud. Consist. def. 85. Ubi numero 13. ad relationem à Superintendente Chemnitensi d. 10. Julii A. 1610 fa-*
36 *ctam, Serenissimum similem in modum rescripsisse refert.* 36) Si igitur Superintendens absque præscitu & mandato Consistorii imponere non pöterit istiusmodi pœnitentiam, in illo loco ubi usu jam recepta est, multò magis dicendum erit, Ipsum, quia non est Dominus, sed Minister Ecclesiæ, hanc censuram publicam de novo non posse introducere absque decreto Consistorii vel Episcopi in loco, ubi aliàs nunquam obtinuit. Carpz. *Jurispr. Eccles. lib.3. tit.7. def.* 84. Novos enim ritus Ecclesiasticos ne Superintendentes nec Inferiores Magistratus (imò nec ipsa Consistoria absque Superioris autoritate) introducere possunt, Erasm. Brochman. *in art. de*
37 *Libert. Christian. cap.3. Cas. Consc. 1.* 37) Nam ipsa pœnitentia publica, quoad ritus & ceremonias, non est simplicis & absolutæ necessitatis, nec substantiam pœnitentiæ intrat, sed est

ex numero eorum, quæ dicuntur adiaphora, Rebhan von der Kirchen-Busse/c.9. 38) Et pertinet hæc potestas in Eccle- 48
siis Augustanæ Confessionis ad Principes jura Episcopalia possidentes, qui consultis denique verbi divini Ministris & convocatis Ecclesiæ ordinibus, cum eò cautiùs procedendũ sit in aliquo negotio, quò majus periculum vel scandalum inde videtur imminere, cap. *ubi pericul. X. de Elect. in 6to.* & ubi novitas suspecta est, Balduin. *de Cas. Consc. lib. 4. cap. 11. cas. 1.* hac in re certo quid statuere & decernere valent. Reinking *de regim. secul. & Eccles. lib. 3. Class. 1. c. 4. n. 10. & 17.* Henn. Arnisæus *de Iuribus Majest. cap. 6. n. 12.* Carpz. *Iurispr. Consist. lib. 2. tit. 15. def. 247. & seqq.* 39) Quid ergo judicandum sit, si 39
PASTOR & Sacerdotes propriò motu absque relatione ad Consistorium facta, pœnitentiam publicam imponant, faci- 40
lè ex præmissis constat; 40) Licet enim monere, reprehendere, vitiaq; suppresso nomine, decenti & moderato pietatis zelo taxare, ipsis sit concessum; Dei quippe Oratores sunt & mandatarii, cujus vicem in terris respectu prædictorum actuum apud Reges quoque & integros populos repræsentant. Simon *in dissertat. d. Act. injur. Sacerd. concern. membr. 2. th. 3.* Fürstl. Magdeburgische Kirchen-Ordnung *Cap. 22. §. 18.* Zumassen auch sonsten/wann ein öffentlich Gerichte von einer Person Laster erschallet und lautbar würde/welches doch noch ungewiß und unbekant wäre/der Prediger dieselbe nicht mit Nahmen auf der Cantzel nennen/viel weniger in Bann thun/oder damit betrauen soll/sondern das ruchtbare Laster ernst- und bescheidentlich straffen/und sich bey der hohen Landes-Obrigkeit durch die Gerichts-Herren/ ob es gleich facinus notissimum, Bescheides erholen. Non tamen iisdem licet pœnitentiam publicam propria autoritate decernere; Sed hujus impositio ex Principis Territorialis vel ejus Consistorii cognitione & mandato dependet. Fürstl. Magd.

Kir-

Kirchen-Ordnung/l.c.§.19. Würde es nun daselbst für offenbarlich erkant/oder vor der Weltl. Obrigkeit ausführlich gemacht und erwiesen/ so erfolget also denn hierauf/iedoch mittelst der hohen Landes-Herrl. Obrigkeit Erkäntnis und Befehliches/die offenbare Kirchen-Busse oder Straffe. Id quod & Ord. Eccl. Vinar. c.28.§. clarissimis disponit verbis: Damit auch der Sachen nicht zu viel oder zu wenig geschehe/ so soll kein Pfarrer noch SUPERINTENDENS befuget seyn/vor sich und aus eigener Willkühr diese öffentliche Kirchen-Busse und Abbitte iemand aufzuerlegen/viel weniger aber an denen Orten/oder auch in denen Fällen/da solche zuvor nicht gebräuchlich gewesen/anzuordnen/sondern do an einem oder andern Orthe derer etwas fürgehen/ und die sündhaffte Person/sich bey ihrem Pfarrer üm Aufnehmung in den Beichtstuhl anmelden würde/so soll er es an seinen Superintendenten/und derselbe ferner an das Consi-
41 storium gelangen lassen. 41) Ita ut si contra faciat Sacerdos atque ex privato affectu in suggestu nomine expresso aliquam certam personam alicujus criminis arguat vel injuriosis verbis perstringat, non solùm actione injuriarum conveniri, Magnif. Struv. *Syntagm. Iur. Civilis. Ex.* 48. *th.* 55. Hahn *ad VVesenb. ad Tit. de Injur. n.5. pag.* 474. Matth. Berlich. *part.5, concl.* 59. *n.*31. *& concl.* 60. *n.*8. sed etiam à Consistorio arbitraria pœna affici possit, prout Superintendenti Freibergensi d.5. Mart. 1619. rescriptum esse asserit Carpz. *Iurisprud. Consist. lib.*3. *tit.*7. *def.* 34. *n.*12. So ist an statt hochgedachtes unsers Gnädigsten Herrns hiermit unser Begehren/ Ihr wollet bemeldtem Pfarrer zu N. bey Vermeidung des Ober-Consistorii Straffe auferlegen/solche Kirchen-Busse ohne des Synodi Erkäntnis itzo und künfftig gleichfals einzustellen/im gegenfall ließe man es bey der al-

ten herkommen verbleiben. 42) Quod si dicas ministrum Ecclesiæ ritè ordinatum Christi esse discipulum, imò nuncium & mandatarium; Jam autem Servatorem multoties publicam pœnitentiam peccantibus imposuisse, Ergò etiam ipsius Ministro id ipsum licere; Verùm Respondetur: Christi exemplum huc non quadrare, cùm ipse esset summus Ecclesiæ Episcopus & Pastor, Bebelius *in Antiquitatibus Ecclesiæ p.* 731. à nullius Consistorii Ecclesiastici mundani directorio dependens, vid. Dn. D. Simon. *cit. dissert.* 23. *membr.* 2. *th.* 4. 43) Tandem PATRONUS, qui regulariter tantùm Jus præsentandi & nominandi ministrum Ecclesiæ, ad hoc, ut ab Episcopo ad munus Ecclesiæ vocatus instituatur, Unrath *de jure Patronatus Ecclesiastico memb.* 2. *th.* 4. §. 1. non autem Jus Episcopale habet, Matth. Wesenb. *p.* 1. *Cons.* 48. Steph *ad Novell.* 57. *n.* 12. Jurisdictionem aliquam ex eo jure sibi asserere non potest, quia jus patronatus cum jurisdictione Ecclesiastica nihil commune habet, nec patrono ex solo patronatus jure, jurisdictionem competere certum est, *c. quæcunque* 2. *c. cum Laici* 10. *X. de jure Patron.* Cothmann. *vol.* 4. *Resp.* 33 *n.* 20. Carpz. *Iprud. Eccles. lib.* 1. *Tit.* 2. *def.* 13. confer. Besold. *in thes. pract. sub vocab.* Kirchensatz. 44) Testatur tamen experientia, Patronos non rarò ea, quæ indubitati juris sunt Episcopalis, injuriâ usurpare; Hinc si Patronus audeat Pastori suo injungere, ut imponat pœnitentiam publicam, & hic monita ipsius sequatur, incurrit pœnam arbitrariam, una cum Pastore, quæ in levioribus nævis vel impositione carceris mit Priesterlichen Gehorsam/ de qua *confer. cap.* 7. *cum Episcopus, de offic. ordinar. in Sexto*, vel mulcta pecuniaria coerceri solet, Carpz. *Iprud. Consist. lib.* 3. *tit.* 10. *def.* 113. *n.* 11. 45) & hoc deferatur ad Consistorium, litteris monitoriis & mandatis pœnalibus: dehortetur utrumque, neque pareatur, tunc contra Patronum ob abusum illius juris ad privationem juris Patronatus, & contra Pastorem ad suspensionem & remotionem

Margin: 42 43 44 45

 nem

nem ab officio, præcedente causæ cognitione & servato juris ordine, Reink. *d. Reg. sec. & Eccles. lib. 3. cl. 2. c. 2. n.* 14. Gerhard. *in loco d. ministerio Eccles.* §. 175. procedi posse, non absonum est, cum expediat Reipublicæ, ne quis jure suo malè utatur, *arg.* §. 2. *Instit. de his qui sui vel alien.* & jurisdictio Superioris actibus istis turbativis violetur. Cæterùm judicis erit circumstantias & fata causarum exactè examinare, nec aut clementiæ, aut severitatis gloriam affectare, sed perpenso judicio, prout quæque res expostulat, statuere, ne quid durius aut remissius constituatur, quàm causa deposcit *l.* 11.

46 *ff. d. pœnis.* 46.) Ultimo loco notandum est, si inter quosdam sit controversia circa Jura Ecclesiastica, & interea contingat, ut peccatori sit pœnitentia imponenda publica, tunc ab eo imponi posse, qui in possessorio est, quia præsumtio est, ipsum jure possidere *l. 2. C. d. Probat* Mascard. *de prob. vol. 3. concl.* 196. & nemo possessione sua sine causæ cognitione privandus *l. 5. ad Juliam de vi publica.* Dn. Struv. *Syntag. Jur. Civil. Exerc. 42. th. 23.* 47.) Quod si

47 in isto judicio nondum res decisa sit, aut possessionem vel quasi Jurisdictionis Ecclesiasticæ adhuc nullus probaverit, tunc sine vitio attentati neutri litigantium hæc potestas concedi potest; Sed in iis causis, quæ moram patiuntur, interim est suspendenda. Nam jurisdictio controversa, nisi quis in possessione existat, quiescit, donec super

48 illa lis decisa fuerit, Mevius *part. 3. decis.* 114. 48.) In aliis causis quæ moram non patiuntur, Judex Superior eam interim exercere potest, Mevius *Part. 4. decis.* 160. & si inter

49 duos lis ventiletur Immediatos, 49.) Camera Imperialis ad quam quidem cognitio in Ecclesiasticis & spiritualibus causis non spectat *Ord. Camer. part. 2. tit.* 1. Michaelis *de jurisdict. th* 39. Dn. Strauch. *Dissert. J. P.* 13. *th. 6. & seqq.* in Judicio possessorio tantùm decernit, hoc enim non est quid spirituale, sed temporale, Gail. *lib. 1. Observ. 38. n.* 3. 4. & magis

gis facti, quàm juris, *l. poſſeſſionem* 29. *ff. de acquirend: poſſeſſ.* & nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione *l. naturaliter* 12. §. *nihil commune ff. de aquir. poſſeſſ.* 50) Simili modo 50
cognoſcit Camera Imperialis, ſi quæſtio ſuper re ſpirituali mota conſiſtat in facto, Michaelis *de Juriſdict. th.* 41. Blum. *in Proceſſ. Camer. tit.* 43. §. 18. 19. *&* 20. Nam manutentio non ſolùm datur in profanis & in re ſeculari & inter laicos, ſed etiam inter perſonas Eccleſiaſticas & in beneficialibus, Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus. Poſtius *de Manut. Obſerv.* 10. *n.* 58. Afflict. *deciſ.* 78. Theſſaurus *deciſ.* 82. *n.* 2. *& ſeqq.*

Caput III.

examinans

Subjectum Cui, ſeu Quibus Perſonis poſſit imponi pœn. Eccleſ. & quibus non.

I. Imponitur in genere non niſi Pœnitentibus, quibus ſecularis pœna eſt impoſita. II. Diſtinguuntur perſonæ vel ratione ſexus, vel reſpectu ætatis, vel ratione dignitatis. III. Nullus debet eſſe perſonarum reſpectus IV. Nobiles in pœnis arbitraris mitius puniri quàm plebejos concludit Tiraquell. V. Quod ſi tamen dignitas auget delictum, tunc pœnam exaſperat. VI. in pœnis non arbitrariis in Nobilibus idem rigor obſervandus, quàm in plebejis, VII. niſi forſan juſta aliqua vel urgens cauſa remiſſionem ſvadeat. IIX. Nobilium nomina ſotriuntur omnium ordinum Principes. IX. Inter perſonas illuſtres eminet Princeps ſeu Imperator. X. Inter omnia iſtius pœnitentiæ Exempla illuſtrius nullum eſt pœnitentiâ, quam tempore S. Ambroſii ſeculo quarto exeunte Theodoſius Magnus ſeu Senior egit; quæ hiſtoria refertur. XI. allegatur lex Theodoſ. qua executio ſententiæ, ſi de vita alicujus agitur, per triginta dies differtur, quibus elapſis edictum revidendum. XII. Philippus Arabs Imperator factus egit pœnitentiam. XIII. quod privati erubeſcunt, hoc non erubuêre Imperatores publicè agere pœnitentiam. XIV. proinde Nobiles regulariter à deprecatione

non sunt immunes, per rationes. XV. Dispensatione speciali publica deprecatio Nobilibus remitti vel saltem in mulctam pecuniariam converti potest. XVI. pro gravitate tamen delicti, & ne alii scandalizentur, Princeps melius facit imponendo, quàm remittendo. XVII. Clerici vel Sacerdotes in veteri Ecclesia ad publicam pœnitentiam non admittebantur, & cur. XVIII. Constantini Imper. dictum de Clericorum pœnitentia. XIX. De Jure Canonico taliter pœnitentes manent infames & inhabiles, nec ad ordines sacros possunt promoveri. XX. Non tamen Clericos in veteri Ecclesia, cum enormiter peccassent, exemtos fuisse ab agenda pœnitentia existimandum est, tribus enim modis in crimina eorum animadvertebatur. XXI. Hodie etiam Clericis graviter delinquentibus publicam pœnitentiam decerni in Consistoriis experientia testatur. XXII. Nisi enormissimum sit delictum vel atrocius, circa ritus mitius cum Pastore agendum. XXIII. Deprecationi publicæ simillimus est actus ille, quando Minister Ecclesiæ, qui limites officii elenchtici excessit, adigitur ut excessum publicè agnoscat. XXIV. Juveni olim non poterat imponi pœnitentia publica. XXV. Hodie pro delictorum circumstantiis, & si ætas doli capax videatur, imponi potest. XXVI. Moribundum, qui in gravibus peccatis usque adinstar suæ mortis vixit, Veteres ad pœnitentiam Ecclesiasticam admittere dubitarunt. XXVII. Medium quoddam temperamentum observandum statuit M. Anton. de Dominis. XXIIX. Hodie si facinorosus ægrotet, periculumque mortis instet, medio sacræ communionis non privandus per ordin. Ecclesiast. XXIX. Absolvendus est cum reservato, ut si resipuerit, pœnitentiam publicam peragere ipsum oporteat, XXX. Minister Ecclesiæ in pagis in tali casu, antequam ad Superintendentem vel Consistorium referat casum, moribundum potest Sacræ Cœnæ participem facere. XXXI. Sequuntur personæ, quibus non possit imponi pœnit. Eccles. XXXII. Furioso, cum non habeat animi destinationem, non est imponenda. XXXIII. Nisi habeat intervalla, & tunc rectè imponitur. XXXIV. Philtrato, v. g. mulieri, si ex nimio amore per philtrum causato, amanti copiam sui fecerit,

pœna Ecclesiast. in eodem rigore non venit imponenda. XXXV neque ex dolo scortatrix vel meretrix vel turpis persona dici potest. XXXVI. Qualis increpatio vel correctio adhibenda sit, arbitrio Judicis committitur. XXXVII neque Melancholico imponenda est. XXXIIX. Tres Gradus Melancholiæ sunt discernendi. XXXIX. Melancholici primi gradus â pœnitentia publica non sint immunes XL. Melancholicis secundi gradus non imponenda, sed pro conditione personæ & delicti in pecuniariam converti potest. XLI. Num autem quis sit Meloncholicus, consilia Medicorum requirantur. XLII. Vi stupratæ pœnitentia eccles. imponenda non est, quia contra voluntatem suam per vim stuprum passa. XLIII. Nonnulli JCti statuunt, per vim stupratæ sertum vel coronam in capite gestare licere, quibus contrariatur Carpzov XLIV. Diffamato, non tamen confesso, neque de crimine convicto, pœnitentia imponi nequit. XLV. Non statim qui accusatur reus est; sed qui convincitur criminosus. XLVI. Inquisitus pendente processu ad usum S. Cœnæ absque deprecatione publica admitti debet. XLVII. in foro soli nemo alicujus delicti condemnari debet, nisi confessus aut convictus fuerit. XLVIII. Quæ multo magis in foro Ecclesiastico obtinent, quia ibi de majore animæ nempe præjudicio agitur. XLIX. Dnn. Theologorum VVittebergensium de casu quodam gravissimum judicium adducitur. L. si tamen magna indicia contra Inquisitum militent, ministro Ecclesiæ fas est, post concionem habitam monere Auditores, ne pendente processu sinistram concipiant opinionem, l. scandalum arripiant.

PErsonæ, quibus imponitur Pœnitentia Ecclesiastica, 1.) in genere sunt POENITENTES, quibus secularis pœna est imposita, & qui fuerunt excommunicati; F. M. K. O. *cap.* 22. §. 7. ibi. Darunter gehören die jenigen/so in denn Bann gethan und aus der Christl. Gemeinde sind ausgeschlossen worden / und sich wiederumb bekehret haben/ seriam postea pœnitentiam *internam* agentes, atque sacra cœna uti volentes. Illud scandalum toti Ecclesiæ datum parvi æstimandum haud est, si- 1

quidem Christus etiam unum ex minimis offendenti melius
2 esse judicat, si in mari submergeretur *Matth.* 18. 2.) Sunt
autem vel ratione sexus tàm *Masculi*; quàm *Fœminæ*, vel re-
spectu ætatis *Puberes*, vel ratione dignitatis & conditionis.
3 *Nobiles* vel *Ignobiles* 3) Debet autem in judiciis tàm Secula-
ribus, quàm Ecclesiasticis nullus esse personarum respectus.
F. M. K O. *cap.* 22. §. 11. Es soll aber mit der
Anordnung der Kirchen-Busse bey allen dahin gehöri-
gen Fällen durchgehende gleichheit gehalten / und ohne
unterscheid und ansehen der Personen / sie sind Reich oder
Arm / Hohes oder Niedriges Standes / solche erkand / und
4 angeordnet werden. 4. NOBILES tamen in pœnis ar-
bitrariis mitius puniri quàm plebejos concludit Andreas
Tiraquell *Regius quondam in Curia Parisiensi Senator per l. 6.*
pr. ad L. Juliam pecul. l. ult. §. 1. *ff. d. incend. ruin. naufr. l.* 4. §.
1. *ff. eod. l. 6. pr. ibi humiliores ad opus publicum dari ff. d. extra-*
ord. crimin. l fin. ff. d. sepulch. viol. l. 1. §. 3. *ff. d. abigeis, l.* 3. §. 5.
ff. ad L. Cornel. d. Sicar. adeò ut si propter delictum aliquod
ipsis decernenda sit incarceratio, illa semper mitior leniorque
que esse debeat, *l.* 1. *ff. d. custod. & exhib. reor.* D. Richter *de-*
5 *cis.* 1. *n.* 129. 5) Quod si tamen dignitas vel nobilitas au-
get delictum, tunc pœnam exasperat, graviusque puniun-
tur in dignitate constituti, sicut gravius peccant, præsertim
si nimia reorum contumacia pœnæ mitigationem dissuase-
rit *cap.* 2. *in fin. d. offi. & potest. judic. delegat in* 6. hinc vitium
graviore castigatione coercendum est, ut sint exemplo cæ-
6 teris *l.* 16. §. *fin. d. pœnis.* 6) Si itaque pœnæ non sint ar-
bitrariæ, sed certæ ex legibus vel statutis, tunc nullus respe-
ctus habendus erit, quin potius idem observandus pœ-
7 næ rigor tam in Nobilibus quàm in plebejis: 7) nisi for-
san justa aliqua vel urgens causa remissionem suadeat, quæ
tamen magis æquitatem quàm gratiam in remittendo ar-
guat. D. Enoch Glæser. *ICtus olim Helmst. in dissert. de Gratia*
delinquentibus facienda membr. 5. *causa.* 15. Andr. Tiraquell.
cit.

cit. loco mitigationem non procedere vult, ubi statutum aliquod expresse disponit, ut Nobiles gravius, quam ignobiles puniantur, conf. Petrus Fritzius *de Nobilitate conclus.* 25.
8) Nomina autem Nobilium sortiuntur omnium ordinum 8
Principes, rerumque potentes, Josias Nolden. *de statu Nobil, civil. cap.* 1. *concl.* 4. D. Joh. Christoph. Becman. *d. notitia Dignitat. Illustr. diss.* 11. *cap.* 1. §. 3. & licet hodie majoris dignitatis titulo vocentur, attamen appellatione nobilium comprehenduntur *Pet. de* Andlo. *lib.* 2. *de Roman. Imp. cap.* 13. 9) In- 9
ter illustres istas personas eminet Princeps seu Imperator, nam ille olim non fuit immunis â pœnitentia ista publicâ. 10) Inter omnia istius pœnitentiæ exempla illu- 10
strius nullum est pœnitentiâ, quam tempore S. AMBROSII seculo quarto exeunte THEODOSIUS MAGNUS seu Senior egit. (quam historiam, cum rarior sit, in gratiam legentium apponere non displicebit) *Contigit ea, cum Theodosius Mediolanum abiret, ibique ad sacra templorum vellet ingredi. Tunc verò S. Ambrosius extra vestibula templi obviam Theodosio processit, eumque ingressum templum retraxit, & coram facie totius Ecclesiæ, hisce verbis objurgavit: Quæ est ista feritas tua, & confidens impietas, ut nihil verearis tanta cæde hominum innocentum pedes tuos pollutos in locum sacrum inferre: aut manus tuas cruore madentes adhuc & stillantes ad percipiendum sacratissimum Domini corpus extendere? osque illud tuum quo non clementiæ tantùm quæ decet Imperatorem, sed & justitiæ oblitus sententiam tulisti, de trucidandis tot millium innocentissimorum hominum pretioso sanguini Domini admovere? Abeas igitur, neque novo peccato augere tuam impietatem velis, nec serò detrectes disciplinam, quam in hoc loco exercere jussit Dominus. His auditis Theodosius, uti à puero sacris erat innutritus & officia Sacerdotum â regio officio rectè discernere norat, Ambrosio obediit, vinculum accepit, â templo recessit, & cum lacrumis & suspiriis Palatium fuit reversus, ibique per integros octo menses in luctu & squalore magna vi la-*

cry-

erymarum peccatum suum deflevit, donec Festum Natale Servatoris nostri adesset, quo præsente acerbius flevit. Accessit tandem Ruffinus Aulæ Magister, qui quod Theodosio ab initiis esset, causam tot lacrymarum quæsivit, cui tamen peccator respondit, Ah Ruffine, Tu ludis, quia nescis in quanto malo verser, Ego verò gemo, quod cum hoc Festo liber & facilis aditus ad templum non tantùm, sed ad ipsum cœlum locus sit præclusus. Recordor enim sententiæ Domini: Quod ligaveritis super terram, ligatum erit in cœlis. Tum verò Ruffinus Imperatorem consolaturus inquit: Curram ad Episcopum, eique supplicabo, ut à vinculis te absolvat.-Respondit Imperator: Sed tibi morem non geret Episcopus; Novi enim Ambrosium, justum & tenacem propositi virum, qui meæ potestatis metu, legem Dei nunquam violabit. Instante tamen Ruffino & promittente, se Ambrosio persvasurum, ut absolveretur Imperator, tandem Theodosius abire illum permisit; imò ipse eundem ponè fuit subsecutus. Verùm Ambrosius viso Ruffino, statim hæc ait: Tu Ruffine canis instar impudens videris: Tuo enim instinctu tam crudelis lanìena facta est; sed tu callum obduxisti, ut tanti facinoris te nec pudeat, nec pigeat. Nihilominus Ruffinus per omnia sacra pro Imperatore intercedit, dicens, brevi Imperatorem ipsum adfuturum. Sed Ambrosius, ego, inquit, prædico, me illum ab ingressu templi prohibiturum. Si Imperium in Tyrannidem mutaverit, ego lubens moriar. His auditis Ruffinus nuncio misso Imperatorem monet, ut domi se contineat, cùm Ambrosius in sententia sua persistat. Verùm Imperator jam in foro erat, & accepto nuncio ajebat: Ego nihilominus ad Episcopum ibo, ut justam ejus & meritam censuram subeam. Veniente Theodosio Ambrosius in ædicula salutatoria (hodiè sacrarium dicitur, die Sacristey*) & ad habendam concionem se præparabat. Verùm Imperator templum, patentibus januis, invito tamen Ambrosio ingredi timuit, itaque Ambrosium accessit. Hic v. adventum ejus Tyrannicum duxit, & graviter in eum fuit invectus; Cui Imperator: non veni, animo obstinato, sed per DEUM oro, ut me à vinculis solvas, & DEI clementiam tibi ob oculos ponas, qui*

janu-

januam gratiæ pœnitentibus omnibus patefacit. Tum verò S. Ambrosius: quam tu pœnam ages tam gravi scelere commisso? quibus remediis tam difficile vulnus curabis? Respondit Theodosius: Tuum est Ambrosi, remedia ostendere, & vulnera mea obligare, meum est Tibi obtemperare, & remedia accipere. Ad quæ S. Ambrosius; quoniam Imperator per iracundiam peccasti, hæc tua sit satisfactio: Legem scribe, qua sententias omnes per iracundiam à te latas irritas pronuncias. Et si de vita alicujus agatur, executionem sententiæ per triginta dies differ, quibus elapsis edictum tuum revide, & si æquum censeas, confirma; sin minùs, rescinde. Hoc consilium Theodosio supra modum placuit, ideoque sine mora legem hujusmodi scripsit, totique Imperio promulgavit. Latâ hac lege Ambrosius statim eum absolvit, & ingressum templi permisit. Hanc historiam referunt Sozomenum *lib.* 5. *cap.* 17. Ruffin. *lib.* 2. *cap.* 18. Theodoretus *Hist. Eccles. cap.* 17. Dn. Hieronym. Kromeyer *in Historia Eccl. cent.* 4. *pag. m.* 167. Chemnitius *in manuscripto d. disciplin. Ecclesiastica Veterum.* M. Anton. Reiser in seiner Anweisung/wie es iedesmahl in der Kirchen Gottes ist gehalten worden. *p.* 451. & *seq.* 11.) (*Est hæc l.* 13. *in Codice Theodos. tit. de pœnis,* 11
Et in Codice repetitæ prælectionis l. 20. *ad quam vid. not. Dionys. Gothofredi*, quam tamen Jus Canonicum, *c. cum apud.* 69. *XI. qu.* 3. ad viginti tantum dies restringit, Menoch. *lib.* 2. *arbit. quæst. casu* 334. *n.* 6. *add.* D. Simon *de temporibus præscriptionum th.* 54.
12.) Quod PHILIPPUS quoque Arabs, qui in Arabia natus, 12
postea Imperator Romanus factus, & ad Christianismum conversus, in loco peccatorum communi publicam pœnitentiam egerit, refert Eusebius, *lib.* 6. *Instit. Eccl. cap.* 27. Osiander *cent. Inst. Eccles. lib.* 2. *cap.* 33. tradit, quod Pater & Filius sub *Fabiano* Episcopo Romano lubentes hanc pœnitentiam in se susceperint. Exempla hæc sunt sine exemplis. 13.) Quod privati erubescunt, hoc non 13
erubuêre Imperatores publicè agere pœnitentiam.

Quibus exemplis præmissis, nulla dignitate, nec familiæ splendore distenti verè pœnitentes commoveri debent, ne de

 pre-

precationi publicæ sese subtrahant. Balduin. *de casibus consc. l. 2.*
14 *cap. 11. cas. 3.* 14) Ut proinde NOBILES regulariter à deprecatione ista exemtos haud esse pronunciet Carpz. *lib. 3. Jprud. Consist. tit. 7. def. 93.* per rationes ibi adductas; quod hi mandatis Dei æque sint obligati, ac infimi plebeji ac rustici, ut utique si ea transgrediantur & Ecclesiam publicè offendant, pœnitentiâ verâ opus habeant, si resipiscere velint, nec admittit pœnitentia respectum personarum perinde, ut nec media & documenta pœnitentiæ circa subjectorum qualitates varient, quia in foro poli diversus cessat personarum
15 respectus. 15) Addit tamen Carpz. *dict. def. 93. n. 12.* dispensatione speciali publicam deprecationem Nobilibus remitti,
16 vel saltem in mulctam pecuniariam converti posse, 16) quia in pœnis arbitrariis sæpe ratio dignitatis habeatur, Friedlieb. *in Medulla Theol. in loco de discipl. Eccl. quæst. 26.* Pro gravitate tamen delicti, & ne alii scandalizentur, Princeps melius facere videtur, imponendo istam pœnitentiam, quam remittendo, siquidem pœnæ non facilè remitti debent, ne ad maleficia temerè quisquam prosiliat *l. si operis 14. C. de pœnis.*
17 17) CLERICI vel Sacerdotes in veteri Ecclesia ad publicam & solennem pœnitentiam non admittebantur, & si quis fuisset admissus, non poterat fieri Clericus, quia olim non ob levia & quotidiana, sed atrocia delicta imponebatur Concil. Toletan. 4. *can. V.* Etiam graviter peccantibus rarò pœnitentiam publicam injunxerunt, imò expresè hoc prohiberunt Innocentius *l. epist.* 1. Leo M. *epist.* 95. & Concilia passim. Quod Clericis & Religiosis & Laicis insignioribus, scandali evitandi causa, quod alii ex illorum impia vita accipere possunt, publica pœnitentia imponi non debeat, tradit Casista Angelus *d. Clavasio de pœnit. n. 4.* cum quo concor-
18 dat Astesanus *lib. 5. d. Cas. consc. tit. 35.* Huc pertinet 18) Vox Constantini tanto Imperatore digna: Wann ich sehe einen Priester öffentlich sündigen / oder ärgerliche Unzucht begehen / so wolte ich meinen Käyserlichen Mantel nehmen /

und ihn damit zudecken *can.* 8. *dist.* 96. rationem dat Jo-
hann. Medina *d. pœnit. p.* 207. videlicet id ita fuisse sancitum
propter dignitatem ordinis sacerdotalis, ne posset facilè Sa-
cerdotium in contemtum & irrisionem hominum veni-
re, si viderent, Clericum talem pœnitentiam sustinere, &
19) quia taliter pœnitentes Jure Canonico manent infames 19
& inhabiles, ne ad ordines sacros possint promoveri *c. canones
apud dist.* 50. Lancel. *in Instiut. Jur. Can. lib.* 1. *tit.* 25. ideò
non convenit pœnitentiam hanc sacerdotibus injungere, *conf.*
Gabriel Albaspinæus *lib.* 2. *observ.* 34. unde apud Cyprianum
lib. 1. *Epist.* 4. Basilides, cum in eo statu esset, sponte se Epi-
scopatu abdicavit, quod sentiret peccata sua pœnitentiâ e-
luenda esse, & pœnitentes ab Episcopatu gerendo remo-
veri debere D. Ziegler. *ad Lancell. lib.* 2. *tit.* 5. §. 2. 20) Non 20
tamen Clericos in Veteri Ecclesia, cum enormiter pecca-
sent, exemptos fuisse ab agenda pœnitentia existiman-
dum est, tribus enim modis in clericorum crimina animad-
verterunt, vel privatione communionis clericæ in perpetu-
um; vel quod clericis privatim & secretim, eamque, non
minùs severam, quàm publicam pœnitentiam imponerent,
licet consvetas pœnitentium stationes cum cæteris lapsis
non subirent in publico; vel clericum, qui enormiter pec-
casset, in monasterium aliquod ad pœnitentiam tota vita
agendam, intruderent. 21) HODIE etiam Clericis 21
graviter delinquentibus publicam pænitentiam decerni in
Consistoriis experientia testatur. Bene hanc in rem D. E-
rasmus Marbachius *ad Lev.* 3. *Comment:* præscribit Dominus
Sacerdoti sumtuosiorem & operosiorem hostiam, quam vel
Principi, vel privato homini, quia cum delinquit, gravius
peccatum ejus censetur, tum propter officium & munus,
quo alios antecellit (est enim imago Christi & interpres
legis) tum propter damnum, quod ex pravo ejus oritur
exemplo: sicut illius pietas alios ad justè vivendum excitat,

ita vitia & peccata illis peccandi præbent scandalum. Quocirca tanto diligentius Ecclesiæ Ministris à peccatis cavendum, & sanctitati & honestati vitæ studendum, ut non solùm voce & doctrinæ puritate, sed etiam exemplo & vitæ integritate præluceant suis ovibus, quod & satis innuunt verba Ordin. Eccles. Elect. Saxon. art. gener. §. 16. Nam Clericorum vita generare non debet Laicis scandalum, sed præstare honestatis exemplum, *cap. ult. in fin. de vita & honestate Clericorum.* Ungeb. *ad h. t. & seqq.* Dedeken *Vol.* I. *Membr.* 3 *Sect.* I. *n.* II. *tit.* vom Heiligen Predig-Ampt. *p. ed. noviss.* 78. His tamen casibus, 22) ubi à Consistoriis
22 imponitur pœnitentia Ministro Ecclesiæ, nisi enormissimum commissum fuerit delictum & atrocius, circa ritus alios observandos mitius, ne Parochianis res nimis scandalosa videatur, ex dispensatione quadam procedi posse, rationis est; ita ut à Consistorio formula præscribatur, quæ finitis consvetis precibus ab eo, qui concionem tunc temporis habet, prælegatur. Præsertim si aliàs vitam piam ac minus scandalosam egerit, atque ex imbecillitate humana, insidiis Satanæ, lapsum talem passus fuerit, meritò ob vitam ante actam à regulis juris ejusque rigore recedendum est, uti responsum esse à Maxim. Rever. Facultate Theologica Jenensi 1659 habetur in Append. Dedekenni. *pag.* 636. 23) Deprecationi pub-
23 licæ simillimus est iste actus, quando Minister Ecclesiæ, qui limites officii elenchtici excessit & populum seditiosis concionibus ad motus contra Magistratum excitavit, adigitur, ut excessum publicè agnoscat, mentemque suam prævià adhortatione de præstanda Magistratui obedientia, pro concione declaret. Ac certè hoc ipso minister Ecclesiæ quos antea seditiosis concionibus seduxit non modò in viam veram reducit, sed etiam sibi ipsi prospiciens sinistram suspicionem à se avertit, & reconciliatus Ecclesiæ conscientiam suam
24 pacatam reddit. 24) JUVENI olim non poterat imponi

ni pœnitentia Ecclesiastica publica, qua de re in Concil. Agathensi *can.* 15. ita sancitur; Juvenibus non facilè pœnitentia debet committi propter ætatis fragilitatem, h. e. quia facile recidivant; Interim quibus publica pœnitentia in Ecclesia negabatur, his ordinarium remedium contra peccata, etiamsi gravia, relictum erat, interna coram Deo pœnitentia, cui postea Ecclesiastica accessit, verùm non in publico, sed secreta peragenda, B. Chemnit. *in libell. d. Disciplin. Ecclesiast. Veter. Christianor. tit. de exclusis à publ. pœnit.* 24. 25) 25
HODIE pro delictorum circumstantiis & si doli capax videatur juvenis, ipsi imponi posse pœnitentiam existimandum est; sicut & in Consistoriis attenditur, num ad annos discretionis venerint ejusmodi personæ, & num ad sacram Synaxin admittantur; quare cùm Infantes ac pueri antequam plenum rationis usum assecuti fuerint, à Sacra Cœna arcendi sint, docente D. Georg. König *in cas. consc. cap. 6. cas. 6. p.* 477. Dedekenn. *vol.* 1. *Tit.* von Heiligen Nachtmahl *sect. 6. n. 1. p. ed. noviss.* 602. neque & ipsi censuræ huic Eccles. subjacebunt. 26) MORIBUNDUM, qui hactenus in gravi- 26
bus peccatis sine ulla etiam interna pœnitentia usque ad instar suæ mortis vixit, veteres ad Ecclesiasticam pœnitentiam admittendum esse dubitarunt, quia in ejusmodi pœnitentia duo imprimis fuerunt, scil. quod pœnitens per aliquot sæpè annos prohibeatur à communione, & quod ei variæ satisfactiones Canonicæ fuerint impositæ, quorum neutrum circa jam jam moriturum habet locum. Nonnulli *pium esse* duxerunt, atque auctoritatem Patrum allegarunt, moribundis pœnitentiam injungere. Circa hoc dubium M. Anton. de Domin. *l. Rep. Eccles. lib. 5. cap. 7. n.* 88. 27) 27
medium quoddam temperamentum statuit observandum, ut videlicet moribundus petens pœnitentiam sit omnino ad eam admittendus, hoc est, non repellatur, sed quantum ex parte Ecclesiæ est, illum ad agendam pœnitentiam, si possit eam exequi, admittat, & consequenter inter liga-

tos ab Ecclesia eā reponat. Sed ne ligatus discedat, *anticipata detur ei reconciliatio*, per sacrā Eucharistiæ communionem, quam vocarunt viaticum, cum obligatione tamen, ut si convaluerit, inter pœnitentes maneat, donec injunctam sibi externam absolverit pœnitentiam & satisfactionem, postquam iterum in forma Ecclesiæ ordinariæ concilietur per ordinariam communionem, illa enim communio, quam moribundus habuit, fuit extraordinaria, & pro viatico. Cum igitur hæc viatici communio, sine prævia vera Ecclesiastica pœnitentia non sit plena illa & vera Ecclesiastica ordinaria peccatorum reconciliatio, dubia semper fuit, quid illa possit prodesse, licet negandum esse Ecclesia non censeat, sed concedendum, ut valeat, quantum valere potest. Cœlestinus *epist.* 1. in aliquos Gallicanæ Ecclesiæ excandescit, quod morientibus negarent pœnitentiam. Leo pariter vult hanc dari pœnitentiam moribundis, statimque per communionem reconciliari, & in Concilio Nannetensi sancitum: infirmus, qui necesitate urgente confitetur peccata sua, sub ea conditione à Sacerdote concilietur, ut si Dominus ei vitam donaverit, sanitatemque reddiderit, secundum qualitatem delicti modis omnibus pœniteat. D. Hildebrand *in tract. d. veteris Ecclesiæ arte benè*
28 *moriendi Cap.* 41. §. 8. 28) HODIE si facinorosus ægrotet, periculumque mortis instet, medio sacræ communionis non privandus, sed haud expectata deprecatione publica, veram pœnitentiam agens admitti debet, Ordin. Eccl. Elect. Sax. *art. gener.* §. 11. Da aber die excommunicirte Person keine besserung erzeigt/und also in Tödtliche Kranckheit fiele/ soll der Pfarrer abermahls allen Fleiß anwenden/ daß sie Ihre Sünde erkenne/und derselben von wegen Jesu Christi ledig gesprochen zu werden begehre/auch besserung ihres Lebens verspreche; da nun durch Gottes Gnade solches erlanget/soll der Pfarrer sie absolviren, und auf ihr begehr mit dem Heiligen Abendmahl Christi trösten und versöhnen/

add.

add. Ord. Eccles. Vinar. cap. 27. §. 3. & 4. wenn aber pendente processu &c. In isto autem necessitatis casu, quo à regulis juris recedimus, quoties periculum in mora *arg. l.* 1. §. *si quis* 13. *ff. d. novi operis nunciat. l. fin. C. d. feriis*, cùm ex necessitate quæ fiunt, non dicantur fieri in fraudem, Barbos. *Locupl. ad verb. Necessitas p. m.* 499. 29) Illud observandum est, dari quidem, uti olim statutum, absolutionem perspecta pœnitentia peccatoris interna, cum hoc tamen reservato, ut si resipuerit, pœnitentiam externam seu publicam peragere ipsum oporteat, quia illud, quod necessitas pro remedio reperit, cessante necessitate, debet utiq; pariter cessare, quod urgebat, *can.* 41. *q.* 1. *caus.* 1. *c.* 7. *qu.* 7. quæ regula illustratur in *c.* 2. *X. d. custod. euch. can.* 1. *dist.* 48. atque eum in modum ante paucos annos absolvebatur Stolbergæ Cheruscorum stuprata, quæ cùm in gravem morbum inciderat atque obnixè petierat absolutionem, eam Pastor quidem dedit, peccatum tamen exagerando publicam pœnitentiam expressè reservavit; Quam etiam post reconvalescentiam in templo solenniter peregit. 30) Quando itaque ejusmodi casus in pagis forsitan existit, ubi periculum mortis conspicitur, Minister Ecclesiæ, antequam ad Superintendentem vel Consistorium casum referat, moribundum absolvere eumque sacræ Cœnæ participem facere potest, ita tamen, ut pœnitentiam publicam Superiori reservet. 31) Hæ sunt personæ, quibus potest imponi pœnitentia illa Ecclesiastica; sequuntur aliæ, quibus imponi nequeat, uti sunt, quæ ex delicto non obligantur, vel de eo non sunt convictæ. 32) Itaque

29

30

31

32

FURIOSO, cùm is non habeat animi destinationem, nec delinquendi propositum *c. aliquos* 15. *q.* 1. nec ipsi sit voluntas *l.* 40 *d. R. J.* sed in contraria mentis alienatione constitutus *l.* 14. *ff. de offic. præs.* neque ex delicto obligetur, Carpz. *pract. crim. p.* 3. *q.* 145. *à n.* 10. *usque* 18. neque pœna aliqua teneatur, à qua ipsum fati infelicitas excusat *l. infans* 12. *ff. ad. L. Cornel. de*

Sicar.

Sicar. l. ult. in fin. ff. de adminiſtr. & peric. tutor. Menoch *de arbitr. jud. quæſt. caſ.* 325. *Ord. Crim. Caroli V. art.* 150. prout in puncto homicidii Domini Lipſienſes pronunciarunt, teſte Carpz. *part.* 3. *quæſt.* 145. *num.* 19. pœnitentia publica non eſt imponenda, adeò ut nec ad ſaniorem mentem reverſus
33 eam ſubire teneatur. 33) Secus eſt, ſi furioſus habeat dilucida intervalla ſeu remiſſionem *l.* 20. §. 4. *qui teſtam. fac. poſſ.* & eo ipſo intervallo, quo delictum commiſſum eſt, furore non laboravit, tunc non conſequitur impunitatem nec pœnæ mitigationem, vel pœnitentiæ publicæ remiſſionem, ſi ſcilicet delictum non ſit capitale. vide Carpz. *pr. crim. p.* 3.
34 *q.* 145. *n.* 33 & 34. 34) PHILTRATO, v. gr. mulieri, ſi ex nimio amore per philtrum cauſato, amanti copiam ſui fecerit, ſeque ſtuprari paſſa ſit, pœnitentia Eccleſiaſtica in eodem rigore non venit imponenda, quoniam per philtrum totus homo alteratur, neque ex prælectione peccat D. Si-
35 mon in *Diſſert. d. Amore veneNato th.* 67. 35) neque extra forum eccleſiaſticum conſiderata ex dolo ſcortatrix, vel meretrix vel turpis perſona dici poteſt, Caroc. *dec.* 124. Ricc.
36 *part.* 6. *deciſ.* 2117. D. Richter. *deciſ.* 1. *n.* 182. 36) Licet cum D. Simone *cit. loc.* nonnunquam aliqualem increpationem, aut pro re nata correctionem leviorem, tam Conſiſtorialem. quàm Politicam adhiberi poſſe non reluctemur; quæ omnia, num vel planè non, vel aliquo modo imponi poſſit, prudentis
37 arbitrio judicis commiſſa ſunto. Nec 37) MELANCHOLICO imponenda eſt publica pœnitentia. Quamvis Nonnulli dementiæ, furoris, & melancholiæ nullam agnoſcant differentiam, Oldecop. *in obſerv. crim. tit.* 3. *theſ.* 23. *n.* 5. Attamen gradus
38 melancholiæ ſunt diſcernendi, quorum tres ponuntur, 38) Primus eſt, quando præter modum timidi, cupidi, avarique ſunt, aut iracundi *l.* 1. §. *fin. ff. d. ædil. edicto*, hominumque ſocietatem averſantur, Secundus quotieſcunque atra bilis ſe vehementius exſerit, & in Diabolicam triſtitiam hominem ducit,

ddcit, & propter animi mœrorem contractum sibi etiam horrenda imaginentur, pericula metuant, vagabundi de uno loco in alium fugiant; Hac afflicti facilè ad desperationem adiguntur. Tertius, quando maximus atræ bilis impetus cerebrum occupat, ac facultatem homini rationalem planè aufert, quo facto subjectum patiens ex numero melancholicorum eximitur, & in dementium classe collocatur, D. Stryke *Diss. de Dementia & Melancholia cap.* 4. §. 9. 10. & 11. quam non malè Melancholiam primariam vocaveris; Hahn *ad* Wesenb. *tit. de pæn. n.* 10. *p.* 540. 39) Quod attinet Melancholicos primi gradus, cum nec in civilibus nec criminalibus excusentur, à pœnitentia publica non erunt immunes; 40) Quoad secundi gradus Melancholicos, si ex abundantia atræ bilis instigante Satana aliquem interfecerint, vel lacesserint, licet quoad pœnam secularem arbitrariè puniantur, D. Petrus Theodor. *in Coll. crim. cap.* 10. *aph.* 4. *n.* 26. Carpz. *pr. crim. p.* 3. *q.* 145. *n.* 61. non tamen imponenda iis est pœnitentia publica, ne stantes in conspectu omnium animo sibi majus malum concipiant, atquè planè desperent. Est enim, tradente Petro Heigio *quæst. illustr.* 38. *n.* 45. & 46. Caput melancholicum, Diaboli balneum; & jactis per melancholiam fundamentis, Diabolus fragilitati humanæ gaudet retia tendere, quibus involuta pereat tandem anima. Posse tamen pœnitentiam istam pro conditione personæ, ac delicti circumstantiis in pecuniariam converti, rationi non absonum videtur; quamvis aliàs commutationem ejusmodi non facilè concedamus, imò eam improbemus, vid. *cap. sequens.* 41) Quoniam verò homines sæpè simulant furorem vel melancholiam, atque malignum recondunt animum, factis, dictis ostendentes exteriùs, ut sanam mentem interiùs occultent, ideò Judex Medicorum consilia requirat, qui cum delinquente conversentur ejusque temperamentum & causas furoris vel melancholiæ perscrutentur, quibus postea de furore vel melancholia rationabiliter

depônentibus, fidem habere & pœnam delinquenti vel remittere vel imponere poteſt, Carpz. *Pr. Crim. p.3.qu.145.n.30.* *vid.* Paul. Zach. *qu. medic. legal. lib.3.tit.2.qu 8. ubi de Signis tractat.*

42 42) Neque VI STUPRATÆ pœnitentia Eccleſiaſtica imponenda eſt, cum non niſi ex animo & voluntate delictum æſtimetur, neque crimen ullum absque voluntate committatur. *c. cum voluntas. X. de Sentent : Excommun.* Andr. Tiraquell. *de pœnis temperand. cauſ.* 51. *n.* 7. inde ſequitur, quod mulier, quæ contra voluntatem ſuam vim paſſa eſt, nullam pœnam mereatur *l.* 13. §. 17. *ff. ad L. Juliam de adult*: usque adeò, ut nullam prorſus infamiæ maculam incurrat, ſed inviolatæ exiſtimationis permaneat, *l.* 20. *verſ. quin etiam inviolatæ exiſtimationis C. ad L. Jul: d. Adult.* Stephani *ad*
43 *conſtit. crim.* Caroli V. *artic.* 119. 43) ut proinde quidam JCTi ſtatuant, ſertum vel coronam in capite geſtare vi ſtupratæ licitum eſſet, Franciſcus Pfeil *cent.2. conſ.* 147. Matthias Berlich *part.* 5. *concl.* 41. *n.* 67. ſed negativam defendit Carpz. *part.2. crim. quæſt.* 75. *n.* 80. *& ſeqq.* atque ita Dominos Lipſienſes pronunciaſſe refert. Et licet quicquam vel culpæ vel negligentiæ virgini per vim ſtupratæ imputari poſſet, attamen pœnitentiâ publicâ non eſt gravanda, nam ſatis punita eſt, eo ipſo, quod virginitatem amiſit, & ex vulgari ſaltim opinione maculâ laborat: inhumanum autem foret afflicto ulteriorem addi afflictionem *l.* 14. *ff. d. offic. præſid.* atque ita reſponſum eſſe dôcet Carpz. *Jprud. Con-*
44 *ſiſt. lib.3. tit.7. def.* 99. 44.) DIFFAMATO, non tamen confeſſo neque convicto de delicto, pœnitentia nequit imponi, quemadmodum nec is à S. Cœnæ uſu bonâ cum conſcientiâ arceri poteſt, licet prava conſvetudo nonnullos verbi divini Miniſtros invaſerit, infeceritque, prout Konig *in caſ. Conſc. d. l. caſ.* 18. *ait*: quod nimium videlicet inclinantes, vel in vanos populi rumuſculos, vel inanium anicularum inſuſurrationes, ut propter conceptas ſiniſtras ſuſpiciones, quæ accedente livore, aliisque diſtorti animi motibus, ſemper magis ma-

magisque incenduntur, cum ante omnia rimari deberent, quâ intentione, quâ fide, quâ temeritate, quâ vitâ, quâ conscientia, quove merito crimen objiciatur *c. si qui sunt* 17. *c.* 2. *qu.* 7. mala enim audita neminem moveant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam unquam credat, sed ante audita diligenter inquirat *c.* 2. *qu.* 1. nisi fortè à multis originem habeant, *c. Presbyter si* 2. *q.* 4. Magnif. Struv. *Diss. crim.* 14. *th.* 7. 45) benè hic considerandum erit monitum 45
Nicolai Papæ *c. sciscitantibus* 15. *q.* 8. priusquam audias, ne judicaveris quemquam, atque ante probationem accusationis illatæ, neminem â tua communione suspendas: quia non statim qui accusatur, reus est, sed qui convincitur, criminosus. vid. Dedekenni *novam appendicem fol.* 559. Carpz. *J. P. C. lib.* 2. *tit.* 18. *def.* 284. quod ipsum non tantùm *in Ord. Eccl. Elector. Sax. art. gener.* 10. sed etiam clarissimis verbis à Ministris Ecclesiæ requiritur, in der F. M. K. O. *cap.* 2. §. 12. Und sollen gleichwohl auch die Prediger mit der Kirchen-Busse oder öffentlicher Sünden Bekäntnüs/und Abbitte/so wohl mit andern Kirchen Straffen gute Vorsichtigkeit und Bescheidenheit gebrauchen/und hierunter gebührlich und ordentlich procediren und verfahren/darümb sie in zweiffelhafften Fällen/so Verzug leyden/bey des Orts Obrigkeit/und von dieser/wann sie es nöthig befindet/bey der hohen Landes Fürstl. Obrigkeit sich Raths erhohlen/und da es so bald nicht seyn kann/keinen von der H. Tauff und H. Nachtmahl abweisen/sondern hernacher die Nothdurfft bescheidentlich mit ihnen reden / und nicht auf hören / sagen oder schelten/ auf Leute / oder auf Weiber geschwätze / Argwohn wider iemand fassen / sondern zuforderst der sachen rechten Grund erforschen. 46) SIC INQUISITUS pendente processu super delicto, ad usum 46
S. Cœnæ absque deprecatione publica admitti debet, non

enim præpostere nimis agendum est, condemnando eos
47 qui nondum confessi, vel convicti sunt. 47) Nam in foro soli nemo alicujus delicti condemnari debet, nisi confessus aut convictus fuerit *l. qui sententiam 16. C. de pœnis*, & deficiente confessione vel probatione delicti quilibet innocens & non
48 deliquisse præsumitur, Menoch. *l. 5. præsumt. 2.* 48.) quæ omnia multo magis in foro Ecclesiastico obtinent, quia ibi de majori animæ nempe præjudicio agitur, cum & juxta *c. ad audientiam 12. X. de* Homicidio quando agitur de peccato & salute animæ, ejusque periculum imminet, in dubio pars
49 mitior eligenda sit, Carpz. *Jprud. consist. lib. 2. tit. 18. def.* 285. 49) Huc facit gravissimum Responsum Dnn. Wittebergensium Theologorum *in consilior. VVitteberg. part. 2. pag.* 125. Aus Euren an uns gethanen Schreiben vernehmen wir/ was vor ein intricatus casus Euch vorkommen/ Nachdem ein Mann bey euch bezüchtiget wird/ als habe Er außer der Ehe mit einer Persohn Unzucht getrieben/ und selbige imprægniret, welches die geschwängerte Person ihme für der Obrigkeit und Ministerio nicht allein zuleget/ sondern sich auch als eine Leydtragende Sünderin angiebt/ und mit Bußfertigen Hertzen umb Vergebung bittet/ das H. Abendmahl begehret/ und der Kirchen Censur sich gehorsamlich unterwirfft auf der Verweigerung aber an Christum den Obristen Bischoff provociret. Der bezüchtigte Mann aber leugnet/ auf unterschiedliche Vermahnung/ auch für der Obrigkeit constanter, und weil Er in Mangel der Zeugen/ mit Recht nicht überwiesen werden kan/ bittet Er ebenmässig Jhn vor einen Christen zu achten/ und ad Sacra zu verstatten. Darüber die Herren unser Gutachten begehren/ wessen Sie sich auf beyden theilen zu verhalten haben. Ob nun wohl aus der Herren Berichs nicht eigendlich zu vernehmen/ ob diese Sache ad ordinarium processum coram

ram legitimo Judice gediehen / in welchen Fall denen Herren unverborgen / daß pendente lite solchen Personen die gesuchte Beichte und absolution nicht zu versagen; Jedoch halten wir darfür / daß auch dessen ungeachtet / beyde Personen auf vorhergehende gnugsame Verwarnung / und Ihr inständiges anhalten wohl könten ad sacra zugelassen werden / wofern nicht starcke Vermuthung vorhanden / daß der bezüchtigten Manns-Person unrecht geschehe. Wo solche Vermuthungen nicht ist / da ist die Weibes-Person vor eine arme Bußfertige Sünderin zuhalten / welcher man / sonderlich dieweil sie auf Verwegerung an Christum provociret, die Absolution und das H. Abendmahl nicht versagen kan / sonderlich weil sie sich auch der Kirchen-Busse gehorsamlich unterwerffen thut. Der Manns-Person aber könte man in Gegenwart der Obrigkeit desto schärffer zu reden / daß dieselbe nicht das H. Abendmahl zum Scheindeckel gebrauche / wie etliche pflegen / sondern wisse / daß es ihm zwar solle gereichet werden er würde es aber am jenem Tage schwer verantworten müssen / so Er in seinem Hertzen sich schuldig befinde. Sonsten weil über Ihn noch gar nichts ausgeführet ist / so kan ihm auch die blosse Anklage / und das daher entstandene böse Geschrey von den Sacris nicht ausschliessen. Idem volunt Theologi Balduinus *de casib. conscientiæ p.* 1086. Lud. Dunte. *d. cas. consc. p.566. qu.*12. Tilem. Heshusius & D. Balthas. Menzerus apud Dedekenn. *vol.* 1. *consil. sect.* 8. *n.* 4. & Balduin. ait: quod si quis scelerum istorum nondum apertè reus, neque satis convictus aut confessus fuerit, admittendus utique est ad sacram Cœnam, ne tam pretioso animæ suæ Thesauro per nos defraudetur, & Dunte *d. l.* ex Brachmando quatuor rationibus ad quæstionem, *An suspecti de*

 fla-

flagitio propter præsumptiones à Sacra Cœna suspendendi, si examinanti se dixerint insontes? Negativè respondet; eumque in modum responderunt Dnn. Theologi Giessenses in puncto insimulati adulterii anno 1665. prout Dn. Præses responsum illud in suis Locis Communibus Manuscriptis ostendit. Si verò tam urgentia & evidentia indicia contra inquisitum militent, ex quibus vulgò pro nocente haberi possit, Ministro Ecclesiæ fas erit, post concionem habitam auditoribus causam publicè proponere, atque eos admonere, ne pendente processu sinistram concipiant opinionem, vel scandalum inde arripiant, prout svadet Carpz. *Iprud. Eccles. lib. 2. tit. 18. Def. 287.*

CAPUT IV.

declarans

Objectum, seu Delicta, ob quæ possit imponi Pœnitentia Ecclesiastica, vel quando non.

SUMMARIA.

I. Ob commissa crimina præter secularem pœnam imponenda quoque est pœnitent. ecclesiast. II. Neque iniquum hoc est, propter duplicem finem. III. Per pœnitentiam fit satisfactio Ecclesiæ, sed per pœnam secularem fit satisfactio Reipublicæ. IV. Præclarè rem exponit D. Calixtus. V. Publica deprecatio ist kein Staup-Besen/ait Dedekenn. VI. In Veteri Ecclesia non ob quævis peccata, sed certa quædam in canonibus designata, injungebatur pœnitentia Ecclesiastica. VII. Dividuntur delicta. IIX. Si à Magistratu politico injungatur pœna ultimi supplicii, eaque executioni detur, non opus est, ut Reus publicè in Ecclesia deprecetur; quandoque tamen ipsi delinquentes adhortationem ad populum faciunt. IX. Quando autem delicti publici pœna est extraordinaria, tunc statuit pœnam etiam Judex Ecclesiasticus. Nec præventio locum habet. X. Delicta, ob quæ imponenda est Pœnitentia Ecclesiastica, debent esse actu perpetrata. allegatur locus Tertulliani & Canon. Concil. XI. Manifesta sint seu Notoria XII. de occultis non judicat Ecclesia, sed

De-

Deus. XIII. Propter scandalum deprecatio publica injungitur, cessante autem causa,cessat effectus. XIV. Si publicum sit delictum,omninò expedit pœnitentiam imponi. XV. Quænam sint delicta occulta, quæ manifesta. XVI. Meretur pœnitentiam ecclesiasticam Apostasia. XVII. Tempore persecutionis erant tria Apostatarum genera. XVIII. Quinam fuerint Thurificati. XIX. Quinam Traditores. XX. Quinam Libellatici. XXI. Hi omnes tanquam lapsi publicam egerunt pœnitentiam. XXII. Quid hodie obtineat,& Lutheranus ad Pontificiorum castra transiens an conversus pœnitentiam publicam agere debeat. XXIII. Ob Hæresin imponitur pœnitentia. XXIV. quid requiratur,ut quis sit hæreticus. Non tamen ab iis, qui cuivis hæreticæ Religioni addicti sunt, exigi, iisve injungi potest, ut maximè etiam se ad eam ultrò offerrent,per rationes. XXV. Ob Blasphemiam. XXVI.Committitur Blasphemia, vel immediatè,ubi pœna est ultimum supplicium, vel mediatè,& tunc pœna arbitraria. XXVII. Quid Jure Canonico statutum sit. XXIIX. Ob Magiam, si pœna certis casibus sit extraordinaria. remissivè XXIX. Ob Sortilegium, v. g. si Spiritum familiarem quis habeat. XXX. Si quis utatur mediis superstitiosis, quæ dœmonem habent autorem, vel actibus superstitiosis &c. XXXI. Si Mandragorâ falsâ, Allraun/ quis utatur, imponenda ei est pœnitentia. XXXII. Nec non iis, qui Magos consulunt,vel curationem magicam per suspensam Schedulam adhibent. XXXIII. quamvis sortilegos consuluisset in bonum finem. adducitur judicium Ægidii Hunnii. XXXIV. Clerico magos consulenti in jure Canonico imponitur pœnitenia perpetua; quid hodie? adducitur responsum Dnn. Theolog. Jenensium. XXXV. Necromanticos,Zingaros,Tartaros,Ziegeuner consulentes publicè deprecentur. XXXVI. ex curiositate vel ridendi gratia si quis eos interrogaret,prò lethali culpa id non habendum. XXXVII. Quærentibus Thesauros magicis & illicitis artibus nō solùm leges inventa aufferunt,sed etiā Consistoria pœnitentiam publicam imponunt, per rationes. XXXIIX. Ob Philtrum datū alteri. XXXIX. Ob Perjurium pœnitentia statuitur imponenda. XL. Probè in hoc delicto attendendum venit, num dolo malo,an verò calore quodam iracundiæ, aut alio affectu permotus id commiserit. affertur Responsum Dnn. Scabinor. Lipsiensium. XLI. Ob contemtum

S.Cœ-

S. Cœnæ, si vel sponte vel sub comminatione pœnæ admoniti resipiscant, non admittuntur ad usum Synaxeos, nisi Pœnitentiam publicam antea egerint. XLII. Ob profanationem Sabbathi. XLIII. Benè agunt Principes & Magistratus, si curam Festorum, Sabbathi suscipiant, ejusq; sanctificationem pœnis tueantur. Locus affertur ex Durrio XLIV. Ob turbationem sacrorum in templo. Responsum Dnn. Theolog. Rostochiensium & Dnn. Consistorialium Elector. Saxon. XLV. Illuc referuntur, qui vino adusto inebriati in templo evomunt, & sacra turbant, vel tumultum excitant. XLVI. De Olao, Rege Norvvegiæ memoratur. XLVII. Ob Homicidium Culposum v. g. mulieri dormienti sed valdè somnolentæ, quod infantem tenellum penes se in lecto locatum stertens oppresserit, pœnitentia inponenda est. XLVIII. Propter infantis expositionem. XLIX. Propter opem & consilium, quod quis ad delictum perpetrandum dedit, si sit secutum. L. Ob delicta carnis, quæ non sunt capitalia. Ob Stuprum. LI.. in Puncto incestuosarum nuptiarum, quando pœna illarum est arbitraria. Responsum Dnn. Theolog. Jenensium. LII. Quid si ignoranter incestæ nuptiæ sint contractæ? LIII. Ob adulterium, quando ad intercessionem Conjugis remittitur ordinaria pœna, pœnitentia Ecclesiastica necessaria est. allegantur Responsa Dnn. Theologorum Wittebergensium & Jenensium. LIV. Si Adulter duxisset uxorem, quam constante matrimonio per adulterium polluerat, ambo pœnitentiam ecclesiasticam agere debent. remissivè Theolog. Witteberg. LV. Ob malitiosam desertionem. XVI. allegatur consilium Witteberg. in casu ubi mulier debitum conjugale pertinaciter denegaverat. LVII. Propter opem & consilium ad adulterium vel stuprum conciliandum datum LVIII. Ob non servatum sponsaliorum votum. eleganter Mevius. LIX. Ob spretum â liberis in sponsaliorum contractu Parentum consensum LX. Ob furtum reo extraordinariè punito impon. pœn. eccles. tale delictum etiam committunt Saccularii, Beutelschneider/ Administratores pecuniæ publicæ. LXI. Ob usurarum illicitarum morsum dictatur pœnitentia publica. Ordin. Elect. Saxonic. LXII. Dardanarii, die Korn-Juden/ jure canonico coguntur pœnitere LXIII. Ob prævarica-

tio-

tionem .LXVI. Sepulchra & cadavera ibidem sepulta absque armis violantes publicè deprecari debent. Consilium apud Dedekenn. LXVII. Propter injurias Parentibus illatas. Responsum Dnn. Theolog. & Scabin. Jenensium LXIIX. Quid si levaverint liberi manus adversus parentes? LXIX. propter injurias atrocissimas Ministro Ecclesiæ deprecatio publica pro circumstantiis imponi potest. Responsum Dnn. Theologor. wittebergens. LXX. Notabilis casus est, ubi rustico, qui confessionario suo injurias gravissimas intulerat, pœnitentia ecclesiastica fuit injuncta. Responsum Dnn. Theolog. Lipsiensium. LXXI. Propter plumbeas iras, & quando quis proximo condonare nolit. Responsum Dnn. Theolog. Jenensium. LXXII. Ob Monetæ corruptionem & adulterationem. Respons. Dnn. Theol. Lipsiens. LXXIII. Olim ob non solutas decimas imponebatur censura ecclesiastica, secus ac hodie. LXXIV. In casu, ubi quis ebrietati plus nimio deditus turbas dederat, indies scandalosè vivens. adducitur Responsum Dnn. Theolog. Lipsiensium. LXXV. Sunt delicta, ubi ob certum respectum quandoque non imponitur. LXXVI. Quid si Sponsi ante copulationem sacerdotalem concumbant? Negat Carpzovius imponendam esse pœnitentiam publicam per rationes. LXXVII. Responsum Dnn. Consistorial. Lipsiensium. LXXIIX. Dissentiunt D. Menzerus & Dunte. LXXIX. Rationem Vitæ ante actæ simul habendam esse putamus. allegatur Ord. Eccles. Vinariensis & Magdeburg. LXXX. de quibusdam delictis remissivè. LXXXI. Ob necessariam defensionem, & servato moderamine neque secularis, neque Ecclesiastica pœna imponi potest. LXXXII. Ob homicidium casuale ab omni pœna quis immunis est, ut nec publicè deprecari vel denunciari debeat. adducitur Consilium D. Richteri. LXXXIII. Quamvis vulgus de partu septimestri non ita benè sentiat, cùm tamen de jure legitimus sit, pœnitentia Conjugibus nullatenus imponi, Interdum tamen pro re nata juramentum purgationis deferri, & congressum ante benedictionem sacerdotalem confitentibus deprecatio vel simplex vel publica decerni potest. LXXXIV. Vidua ad publicam pœnit. cogenda non est, quæ post mortem mariti in principio ut decimi mensis fœtum edit. LXXXV. Tandem utilis ista quæstio, An pœnitentia Ecclesiastica præscribi possit? proponitur, & resolvitur.

1 Ob commissa CRIMINA seu delicta præter pœnam secularem imponitur quoque pœnitentia
2 Ecclesiastica 2) Neque iniquum est, pro uno eodemque delicto duplicem eamque diversam pœnam statui; ubi enim duplex finis, diversimodè satisfaciendum est, Mevius *part. 6. decis.* 357. & harum pœnarum (liceat nobis pœnit. ecclesiasticam ita vocare) altera Ecclesiæ, altera Magistratui propter exemplum & interesse pu-
3 blicum debetur, Gail. *lib. 2. de pace publica cap.* 11. *n* 26. 3) & per pœnitentiam fit satisfactio Ecclesiæ, per pœnam autem secularem fit satisfactio Reipublicæ ob delictum offensæ, Arnold. de Reyger *Thesaur. Practic. vocab. pœnitentia* Reinking. *de Regim: Secul. & Eccles. lib.* 3. *class.* 2. *n.* 32. Marant. *in specul. part.* 6. *n.* 87. Covarruv. *tom.* 2. *variar. resol. cap.* 10. *n.* 3. Mollenbecc. *addit. de divis. Jur. cent.* 3. *divis.* 86.
4 *n.* 7. *p.* 647. 4) Præclarè rem exponit D. Georg. Calixtus *in appendice ad Ernestum Hassiæ Landgravium pagin.* 125. cujus verba integra hæc sunt: *Qui grandi aliquo & notorio delicto Deum, Ecclesiam, Rempublicam & proximum offendit, totidem sortitur fora, ut ita loqui liceat, Divinum, Ecclesiasticum, Civile & Privatum. Nec satisfactio uni præstita præjudicat aliis, quin ipsa quoque sibi debitam exigant. Verbi gratia, occiderit aliquis filium familias, & cum parentibus in gratiam redierit, & ab his veniam impetravit; id non efficit, ut in homicidam Ecclesiæ & Reipublica jus suum non maneat integrum. Conciliatus sit Deo per veram pœnitentiam; hoc ipsum tamen non efficit, quin à Civili Magistratu capite plecti possit. Si condonent parentes, pœnam quoque mitiget Magistratus, & per veram pœnitentiam à DEO remissionem impetraverit; nihilominus propter offensionem & datum publicè scandalum, & ut de seria ejus pœnitentia certius constare possit, Ecclesiæ per publicam pœnitentiam & pœnas canonicas satisfacere & quamdiu præstarentur, à communione abstinere olim tenebatur* vid. D Frid. Ulric. Calixtus *disp. d. pœnis Hæreticorum*
5 *th.* 8. 5.) Publica deprecatio ist kein Staup-Besen / kei-

ne

ne Schwerd-Straff/keine Straffe am Leibe oder Guthe/auch
keine Straffe an der Ehren: sondern wenn die Obrigkeit
Straffe ubet/ so ists den Menschen eine Unehre/aber wenn Sie
Busse thun/so ist es ihnen vor Gott und allen Christen eine
Ehre/und hält in sich eine Erkäntnus der Sünden/item Reu
und Leyd darüber / mit Erbietung. Solches gereichet/Gott
zu Ehren/und erfreuet die Engel im Himmel / und erwecket
vieler Christen Gebeth und Dancksagung/und gibt andern ei-
ne Warnung/daß sie sich vor solchen Sünden hüten/und kön-
nen die publicè pœnitentes mit mehren Gewissen / Nutz
und Frucht/das Heilige Hochwürdige Sacrament empfangen/
Dedeken. *Vol.1.sect.3.p. edit. noviss.897. add. cap. sequens, de fine n. 24.*

6.) Injungebatur Pœnitentia IN VETERI EC- 6
CLESIA non ob quævis peccata, sed ob certa quædam in
Canonibus designata, quæ ab aliis *Peccata Canonica* appel-
lantur. Res illa facti erat, & dependebat ab Ecclesiæ de-
terminatione. Cyprianus & Ambrosius criminum, quorum
agitur Pœnitentia Canonica, duos faciunt gradus: gravis-
sima, quæ ad primam, & his minora, quæ ad secundam
tabulam pertinent, quibus tertio loco contradistingvunt
levia; Has & similes veterum distinctiones peccatorum in
ordine non ad Deum, sed ad Ecclesiam, esse intelligendas
& explicandas docet D. Meierus *in manuscr. d. ritib. pœnitent.*
Progressu temporis etiam gravissima alia peccata Pœniten-
tiæ publicæ fuerunt obnoxia. Sic Patres Toletani Conci-
lii primi pœnitentem definiunt eum, qui post baptismum
aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus gravissimis-
que peccatis pœnitentiam gerit. Post tempora Augusti-
ni ejus tantum generis crmina, quæ sanguine leges civiles
vindicant, in Laicis pœnitentia publica, in Clericis deposi-
tione sunt vindicata, Coscorius *homil. 42.* confer Paul. Lay-
mann. *Theol. Moral. lib. 1. tract. 6. c. 14. n. 1. & seqq.* HODIE quid 7
obtineat, videbimus; 7) Distinguentes delicta, quod alia sint

Criminalia, alia nonCriminalia; illa velCapitalia vel nonCapitalia Quod siâ Magistratu politico injungaturPœna ultimi
8 supplicii criminoso, eaque executioni detur, 8) non opus est, ut Reus ante mortem publicè in Ecclesia deprecetur, nam sanguine suo satisfacit populo, sæpè numero tamen delinquentes ad mortis supplicium condemnati, ante ejus executionem, ad testandam veram pœnitentiam preces è suggestu pro se peragi & cum offensa Ecclesia expiari efflagitant: Nonnunquam etiam ipsimet delinquentes ex pio affectu propter scandalum per commissum delictum datum, in loco supplicii publicam deprecationem simulque adhortationem ad populum adstantem de evitandis delictis deponunt. Dedeken. *Consil. Theol. Vol. 1. sect. 3. n. 24. pag. edit.*
9 *noviss. 89*. 9) Quando autem delicti publici pœna est extraordinaria, vel arbitraria, tunc præter pœnam politicam, aliam statuit Judex Ecclesiasticus, ubi pro qualitate ac modo jurisdictionis pœna dari debet, nec præventio in uno foro facta impedit, quo minùs postea reus, ad alterum puniendus vel remitti vel trahi possit, Leupold, *de concurrent. Jurisdict. Imp. Germ. qu. ult.* Besold. *Thes. pract. sub. vocab.* Kirchen-Busse Ziegler *ad Lancell. Instit. Juris Canonic. lib. 4. tit. 5. l. 4.* F. M. K. O. *cap.* 22. §. 8. Nichts desto weniger aber/ daß ein solcher öffentlicher Sünder/ da er mit dem Leben davon käme/ und Ihm Gnade wiederfuhre/ sich
10 mit Gott und seiner Kirchen durch öffentliche Abbitte/ nach unserm Erkänntnüs wiederum versöhne/ 10) Delicta autem, ob quæ imponenda est istiusmodi censura, debent esse ACTU PERPETRATA: non enim peccandi conatui imputantur, uti eleganter Tertullianus *lib. de pœnit. c. 3.* peccata in corporalia & spiritualia distinguit. Exinde autem corporalia & spiritualia nominantur, quod omne delictum aut agatur aut cogitetur: ut corporale sit, quod in facto est, quia factum ut corpus & videri & contingi habet.

bet, spirituale autem, quod in animo est, quia spiritus neque videtur neque tenetur. Huc facit Canon quartus Neocæsariensis Concilii : *Si quis mulierem concupiscens proposuerit cum ea concumbere, quod autem desiderium ad opus non veniat, videtur esse gratia servatus.* Præterea sint 11) MANIFESTA seu NO- 11
TORIA; Hæc intelliguntur per sententiam Judicis, confessionem in jure, & evidentiam rei, quæ nulla tergiversatione celari possunt: & isti tantùm malo remediis succurrere possumus, quod adesse scimus, Glæser. *d. grat. dei in q. faciend. membr. 5. cau. 24.* 12) cum de reliquis, tanquam occultis, non judi- 12
cet Ecclesia, neque Politia in foro contentioso *cap. 1. X. de clandest. desponsi.* D. Martini *Jurisprud. crimin. p. 102.* & sensus & intellectus divinativus à Jure depellatur; *l. 31. ff. ad L. Aquil.* Roman. *cons. 506. n. 11.* Card. Tusch. *pract. concl. lit. E. concl. 15.* scilicet cum non sit Judicis, effato Amesii *lib. 5. cap. 54. n. 1. d. conscient.* ut occulta scrutetur, sed potius, ut tanquam publica persona ex publica aliqua notitia, vel suspicione contra delinquentes procedat. Solus Deus est scrutator cordium, qui intuetur cor, Sam. *16. v. 17.* & judicat de occultis hominum, Rom. *2. v. 16.* videt in occulto & in propatulo reddet, Matth. *6. v. 4.* pro peccato ergò occulto non est imponenda pœnitentia publica, sic enim pœnitens sine justa causa infamaretur; imprimis 13) cum propter scandalum deprecatio publica reis 13
injungatur, ast ex scelere ignoto scandalum non oritur in Ecclesia; cessante itaque causâ actus, ipse quoque actus cesset necesse est plura, vid. ap. Friedlieb. *Medull. Theol. loc. de disciplin. Eccles. qu. 24.* Rebhan. in Bericht von der Kirchen-Busse. *cap. 10.* 14) Sin autem peccatum sit publicum, 14
omninò expedit ad tollendum scandalum, ut pœnitentia imponatur, juxta statutum Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 8. de reformat.* ubi ita statuitur: Apostolus monet, publicè peccantes palàm esse corripiendos. Itaque cùm ab aliquo publicè & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde

alios scandalo isto offensos fuisse dubitandum non sit, huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam, publicè injungi oportere, ut quos exemplo suo ad malos mores provocarit, emendationis testimonio ad rectam revocet vitam; siquidem publicum peccatum publicam requirit medicinam, Astesanus *lib. 5. d. cas. consc. tit. 35.* confirmat hæc B. Lutherus *in colloq. mens. cap. 21. fol. 178. verb.* Weil es eine öffentliche That ist/so muß die Versühnung auch öffentlich seyn/ sonst taug es nicht/denn es ist die gantze Kirche beleidiget. *& rursus:* Wann die Schuld offenbahr/so soll die Versühnung auch offenbahr seyn. Petrus à S. Joseph Tuliens, *summul, cas. conscient. part. 2. opusc. 2. cap. 11.* Lancellott. *in Instit. Jur. canon. lib. 2. tit. 5.* §. 3. ibique D. Ziegler, Carpzov. *Jurisprud. Eccles. tit. 8. def. 89.* Dunte *in cas. consc. cap. 13. sect. 2. q. 1. pag. 435.* Wilhelm Zepperus *d. Polit. Eccles. lib.*
15 *1. cap. 17.* ubi explicat, 15) Quænam sint delicta occulta, quæ manifesta, adde in eodem *cap. 18. & 19.* F. M. K. O. *cap. 22.* §. *6.* Unter die öffentliche Kirchen-disciplin. und Straffe gehören keine heimliche und verborgene Sünden/ so aus Schwachheit begangen/und dem Pfarrer alleine/ oder etlich wenigen Personen bekand sein/darum sie auch keiner öffentlichen Abbitte unterworffen; sondern es werden dahin referiret, und gesetzt/öffenliche bekante/uberwiesene/und grobe Eusserliche Missethaten/so in einer gantzen Gemeinde erschollen und dardurch ein öffentlich Ergernüß ist angerichtet worden/denn solche sollen öffentlich gebüsset/gestraffet/bekennet/und der geärgerten Kirchen abgebeten und durch öffentliche Zeichen der Busse wiederumb abgewendet werden/ welche ist und genennet wird die Kirchen-Busse/cui concordat F. S. W. K. O. *cap. 22.* §. *2.* Es gehören aber unter diese Kirchen-Zucht die jenige Sünden/ welche offenbahr und in einer

ner gantzen Gemeinde oder doch bey den meisten ruchtbahr seyn/dadurch auch öffentliches Aergernüs angerichtet worden / dieselben sollen öffentlich gestraffet / bekennet und der geärgerten Kirchen abgebeten werden/nach der Regul S. Pauli *1. Timoth. 5.* Die da sündigen/die straffe vor allen/ auf daß sich auch die andern fürchten. Egregiè huc facit die Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cellische- und Grubenhagnische Kirchen-Ordnung *cap. 9.* §. *10.* Wann etwan von iemand ein öffentlich Gerücht auskompt/und lautbar wird/ dessen eigentlicher Grund noch ungewis / und unerkand; So soll ein Prediger niemand offentlich mit Nahmen auf der Cantzel nennen / vielweniger in Bann thun/sondern dasselbe Ruchtbahre Laster ins gemein/ernstlich/doch bescheidentlich straffen/und ob es purè notorium scelus sey/ sich bey den Superintendenten und Consistorio befragen/wird es denn auf des Consistorii gebürende Erkundigung für notorium erkand/oder sonst für der Weltlichen Obrigkeit ausfündig gemacht/und der Ubertreter genugsam überzeuget/und überwiesen/ so ergehet billig (doch auf vorhergehende Erkändnüs und Befehl des Consistorii) die öffentliche Kirchen-Straffe/mit Abweisung von dem Heiligen Sacrament, versagung der Kirchen-Rechte und öffentliche Nennung der Person und ihrer Missethat / bey Nahmen/wie S. Paulus *1. Timoth. 5.* die da sündigen (verstehe öffentlich) die straffe &c. jungatur J. M. K. O. *cit. cap. 22.* §. *13. & 14. vid. omnino cap. præced. n. 49. & 50.*

Meretur autem pœnitentiam Ecclesiasticam (16 APOSTASIAS seu defectionis à fide Christiana crimen, quando quis à vera Religione abit ad alteram, redit autem ad priorem, non aliter tunc recipitur, quàm factâ pœnitentiâ publicâ 17) IN VETERI ECCLESIA varia Apostatarum fuerunt genera. Cum enim tempore Imperatorum Ethnico- 16 17

rum Christiani dirissimas paterentur persecutiones, erant nonnulli in fide ejusque constantiâ non ita benè firmati, qui vel metu cruciatuum corporis, vel spe alicujus lucri consequendi simulabant Religionem Christianam semel agnitam, vel eam abnegabant seu ab illa turpissimè deficiebant. Erant, qui quidem non integras victimas, sed tamen ita sacrificia Idolis, Jovi, Marti, Mercurio &c. faciebant, ut thus gentilium
18 Diis offerrent in aris, & propterea vocati fuerint 18) THURIFICATI seu SACRIFICATI. Ipsemet Origines accusatur hujusmodi facinoris, de quo Epiphan. *hæres. 64.* Erant
19 præterea TRADITORES, Episcopi scilicet, qui jubentibus Ethnicis sacrum Codicem excusserant, vel comburendum Gentilibus tradiderant, inde traditores dicti, & horum tanta fuit copia, ut anno *305. Cyrta* in *Numidia*, Synodum habuerint, in qua sibi mutuo ignoverunt. D. Ægid. Strauch. *de prisc. publ.*
20 *pænitent. ritib.* §. *10.* 20) LIBELLATICI erant Christiani lapsi, qui licet nec sacrificia, nec thura Diis obtulissent, in numerum tamen negantium nomina sua libellis inscribi curaverant, de quibus Gerh. Johann. Vossius *de Baptismo disp. 18. num. 3.* Libellatici, *inquit*, ne cogerentur Idola publicè venerari securitatis libellum à Magistratu pretio sibi compararunt. Sive libellus is tum demum dari solet, ubi quis, vel ipse, vel per alium prius abnegasset Christum; quæ Baronii sententia est: sive ut receptior fert opinio, nulla fuerit abnegatione opus, sed solùm pretio, quem pretio emebant à Præfectis pecuniæ avidis, rem hanc latiùs deducere nostri instituti ratio non patitur, eleganter eam exponunt Johann. Forbesius *lib. 12. c. 1. n. 16. Inst. Hist. Theol.* Gabr. Albaspinæus *lib. 1. observ. 31.* Cyprianus *serm. d. lapsis, item lib. 3. ep. 5. lib. 1. ep. 4. lib. 2. epist. 7. lib. 1. ep. 3.* Kenkel *de hæres. Novatiana* §. *51.* D. Niemann, *Dissert. de Libellaticis*, D. Zimmermann *in tract. Christiani fiunt non nascuntur.* Kromeyer. *in histor. Ecclesiast. centur. 3.* §. *pag. mihi 118. n. 24.* paulò aliter Baronius *in annal. ad annum 253.* ejusque,

ve-

vestigiis insistentes Heinr. Spondanus & Johann Gabriel Bisciola *ad ann. 253.* Christ. Justellus *in præfat. Cod. Can. Eccl. Afric.* Quando igitur simulando falsam religionem fuerint mentiti, eo ipso timidè abnegarunt; vera enim religio non consistit in sola scientia, cordisque assensu, sed in externis etiam linguæ, gestuum & factorum signis. Dilher. *tom. I. Disp. 16. Thes. 15.* Hi omnes vocantur uno vocabulo 21) LAPSI; Horum non pauci, qui divina ita affulgente gratia, cùm horrendæ persecutionis æstus jam defervere inciperet, atque Ecclesiæ, prout loquitur D. à Lilie *in Orat. de pœnit. Lapsor.* post Decii obitum halcyonia concederentur, nefandæ desertionis & aliorum scelerum conscientiâ convicti pœnituêre, atque in sanctissimum Christianorum cœtum denuò recepti sunt, non autem nisi prævià pœnitentia publicâ & exomologesi seu satisfactione, de quibus in *Capite sequenti* 4. 22) Quid in nostris Ecclesiis circa Apostasiam quoad hoc punctum obtineat vide F. S. W. K. O. *d. l. ibi.* **hieher gehören nun die ꝛc. dennoch öffentlich Aergernüs gegeben haben / als die von der waren Religion öffentlich abgefallen / F. M. K. O.** *Cap. 22. §. 7.* Et quamvis Lutheranus s. Evangelicæ Religioni addictus, ad castra Pontificiorum transiens, politicè loquendo non sit Apostata, cùm hæc Religio in Imperio Romano Germ. Pacificatione Religiosâ & Instrumento Pacis Osnabrug. permissa ac tolerata; attamen in foro Poli & conscientiæ pro Apostata habendus: quoniam ab Apostolica & vera doctrina & fide, quam professus est, discessit, & Pontificiorum traditiones & dogmata secutus est, Magnif. D. Struve in *Jur. Sacr. Justin. pag. 252. & seq.* quo casu scandalum Ecclesiæ datum, ob quod pœnitentia Ecclesiastica, quamvis in gradu remissiori seu non ita solemni modo imponi, vel publicè post concionem verba ad populum fieri possunt, ne scandalum accipiatur, & ne, si solennior sit, alii resipiscere timeant aut

H deter-

23 deterreantur. 23) Ob HÆRESIN imponenda est pœnitentia Ecclesiastica; Quamvis hæreticus resipiscens humaniter ab Ecclesia recipi debeat *cap. ad abolendum* §. 2. ibi: *nisi continuò post deprehensionem erroris X. de hæretic. & ibi Abb. num. 6.* cùm tamen publicè scandalum Ecclesiæ præbuerit, publicè etiam talis puniri, & ad publicam hæreseos abjurationem, antequam recipiatur, adigi debet. Reinking. *de Regim. Secul. & Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 5.* & Menochius *lib. 2. de arbitr. jud. quæst. cas. 572. n. 2. & 13.* distinguit inter hæreticum manifestum, qui hæresin publicè professus est, multosque scandalizavit, vel etiam seduxit; Tunc non satis est pœnitentia privata, sed accedere debet hæreseos publica abjuratio *arg. c. cum apud. caus. 11. q. 3.* & inter hæreticum non manifestum, quo casu sufficeret privata
24 pœnitentia & confessio Reinking. *d. l. num. 26.* Requiruntur autem quinque, ut quis sit hæreticus (1) ut sit membrum Ecclesiæ. (2) ut erret in fide, & quidem (3) ipso ejus fundamento (4) ut errori sit conjuncta malitia & pertinacia (5) ut dissensiones & scandala in Ecclesia excitet, ejusque unitatem scindat. Gerhard. *de Minister. Eccles. n. 371.* D. Joach. Hildebrand. *Dissert. d. hæresi in genere.* D. Ziegler. *ad Lancellott. Instit. Jur. Canon. lib. 4. tit. 4. §. 1. & 9.* Non tamen ab iis, qui cuivis hæreticæ Religioni addicti sunt, ob scandalosa facinora pœnitentia Ecclesiæ publica exigi, iisve injungi potest aut debet, ut maximè etiam se ad eam ultrò offerrent, propter rationes Steuberi, quæ inveniuntur *in opere novo quæstion. practic. Theolog. seu Cas. Consc. cap. 13. sect. 11. quæst. 6. allatas*, scil. ob peculiare soli Ecclesiæ ejusque membris concessum pœnitentiæ beneficium Ecclesiasticum, quod non iis, qui sunt extra Ecclesiam, sed fratribus & sororibus, qui scandaloso aliquo delicto præoccupati Ecclesiam offenderunt, indultum, quò peccatorum mole sublevati cum DEO reconcilientur. Criminis
25 BLASPHEMIÆ 25) vel convitii aut verbi injuriosi atque

ob-

obscœni in Deum prolati convictis, quod crimen est mixti fori, & non solùm ad Judicem secularem. Damhoud, *Pract. crim. cap. 61. n. 18.* sed & ad Judicem Ecclesiasticum sive Consistorium pertinet, **Churfürstl. Sächs. Kirchen-Ordnung von Ober-**Consistor. rubr. **Was Sachen für dieses** Consistorium **gehörig.** vers. **Alles was von Lehrern und Zuhörern ärgerlich wider die Gebot Gottes der ersten Tafel gesündiget wird / rc. Als da sind Abgötterey / Ketzerey / Gotteslästerung rc.** D. Weber *de Jure Consist. cap. 27. sect. 9.* publica pœnitentia imponitur; 26) committitur autem Blasphemia immediate erga Deum, quando Deo tribuitur id, quod ejus proprietatibus minimè convenit, ut Impotentia, Injustitia, Crudelitas, Malitia & similia; vel cum Deo detrahitur, quod illi convenit, ut Providentia, Misericordia, Omnipotentia, Justitia: vel denique creaturæ adscribitur, quod solius Dei proprium est. Theodor. *Colleg. Crimin. cap. 5. aphor. 8. n. 1.* Durrius *Theol. moral. cap. 2. p. 1.* §. *64.* Reinking. *de Reg. Sec. & Eccles. l. 3. clas. 7. cap. 5. n. 32. & seq.* pœna blasphemiæ immediatè in Deum commissæ est ultimum supplicium seu pœna gladii, mediatè vero commissæ est pœna arbitraria, *Const. Crim. Carol. V. artic. 106.* Coler. *p. 1. decis. 172.* Carpzov. *Pr. Crim. p. 1. quæst. 45. n. 24.* **Sächs. Landes-Ordnung** Electoris Mauritii *Anno 1550.* Tit. **von Gotteslästern / Fluchen und Schweren;** Sic pœnitentia Ecclesiastica injungenda maledicentibus per nomen Dei, per Sacramenta, passionem & vulnera Christi **F. M. K. O.** *Cap. 22.* §. *7.* **die mit erschrecklichen Schweren / Fluchen bey Gottes Namen / Marter / Wunden / Leyden und Sacramenten öffentlich herausfahren.** 27) Jure Canonico *c. 2. X. de Maledictis* gravissima pœnitentia imposita est Blasphemanti, ut talis per septem dominicas præ foribus Ecclesiæ in manifesto, dum aguntur mis-

ſarum ſolennia, ſtare debeat, ultimo illorum die Dominico pallium & calceamenta non habeat, ligatus corrigia circa collum, ſeptemque præcedentibus ſextis feriis in pane & aqua jejunet, Eccleſiam nullatenus ingreſſurus.

28 28) Ob MAGIAM, quando ejus pœna ordinaria locum
non habet v. g. ſi infantiæ proximus ad immane iſtud facinus fuerit ſeductus, (vide notabile Reſponſum Facultatis Juridicæ Rintelienſis ab Herm. Gœhauſen *in proceſſ. contra Sagas qu. 17.* allatum) & Dei gratiâ converſus, ad annos diſcretionis ſi pervenerit: ne alii ſcandalum accipiant, ſolet formula deprecationis ex ſuggeſtu legi & ritus certi adhiberi, quales Arnſtadii fuiſſe in tali caſu peractos, legi poteſt
29 in capite ſequenti. 29) Ob SORTILEGIUM, ſi quis v. g.
SPIRITUM FAMILIAREM (per quem cum Freudio in Gewiſſens-Fragen *qu. 52.* intelligimus unum atque alterum ê ſpiritibus ſublunaribus, qui non ſervarunt ſuam originem, ſed reliquerunt ſuum domicilium &c. *epiſt. Jud. v. 6.*) vel gloriæ, vel pecuniæ vel variarum artium cauſa habeat, à Magiſtratu Politico arbitrariè puniatur (ſecus ſi ad libidinem explendam ipſo uſus fuerit, ut pœnam ignis vel gladii ſubeat, D. *Werner, Theod. Martini Juriſpr. Crimin. ſect. 3. cap. 2. n. 13.* pœnitens, meritò cenſuram ſuſtineat Eccleſiaſticam, quia grande dedit Eccleſiæ ſcandalum; Sic Apoſtolus Paulus *1. Corinth. 6. v. 14.* Nolo vos ſocios fieri dæmoniorum; At verò contrahentes cum ſpiritibus familiaribus ſunt ſocii Dæmoniorum, propter mutuam conventionem, vel pactum, quo in obligationem eunt. König. *in bept. Caſ. Conſc. miſcell. caſ. 4. pag. 94.* Solche Geſellen/ welche den Spiritum familiarem haben/ ſind Teuffels-Diener / und wir ſetzen ſie billig mit in die Zauberzunfft oben an / ait M. Samſon in der 5. Hexenp. *qu. ult. v. 8.* Joh. Wier. *de Præſtig. Dæmon. lib. 6. cap. 2.* vel ſi
30 quis utatur mediis ſuperſtitioſis, quæ Dæmonem habent auctorem

ctorem, h.e. si quis neque expressè se Dæmoni obstringit, nec etiam ejus familiaritate apertè utitur, veruntamen se convertit ad ejusmodi res, quæ solùm à Dæmone peraguntur; pœnitentiam Ecclesiasticam agant, die Seegensprecher/die kluge Frauen/ Grillandus *qu.* 11. *n.* 4. Conrad. Wimpina *de Superstit. lib.* 2. *c.* 7. Farinac. *qu.* 20. *n.* 111. *ac seqq.* Delrio *lib.* 5. *disquis. Magic. c.* 3. *qu.* 1. Sixtus ab Hemminga *in pecul. tract. Astrologiæ confutatæ*, Magnif. Dn. Struv. *dissert. crim.* 7. *thes.* 13. *&* 14. quando actibus superstitiosis, imprecationibus, consecrationibus, characteribus, benedictionibus, cum SS. Trinitatis nominis, Evangelii S. Johannis, aliarumve rerum sacrarum profanatione, vel quid efficere vel avertere conantur, item qui à maleficis cujusvis generis, vel opem, vel consilium, vel remedia, vel prece vel precio expetunt, iisque utuntur *l.* 3. *&* 5. *C. de Maleficis & Mathemat.* his omnibus præter pœnas civiles imponitur pœnitentia Ecclesiastica. Ex Concilio Ancyrano notat Regino Prumiensis *cit. loc. c.* 356. Qui auguriis & divinationibus inserviunt, V. annos pœniteant. Immissores tempestatum, VII. annos pœniteant. *cap* 357. Mulier si divinationes vel incantationes diabolicas fecerit, unum annum pœniteat, vel III quadragesimas, vel XL. dies secundum qualitatem delicti; vel 31) si quis utatur falsa MANDRAGORA, Alraun/(vid. Dn. Thomasii *dissert. de Mandragor. cap.* 3.) præter pœnam in foro seculari arbitrariam, uti fustigationis Hamburgi tribus mulierculis anno 1630. impositam fuisse memorat Harsdörffer. *part.* 2. des grossen Schauplatz jämmerlicher Mordgeschicht *histor.* 45. etiam pœna Ecclesiastica ei imponenda est, propter datum per superstitionem scandalum, denn was ist schrecklicher und abscheulicher / als dem Teuffel in Gestalt eines Alraunen kämmen/bürsten und täglich putzen? Arndius *de superstit. c.* 2. 31

 §. 37.

32 §. 37. 32) vel si magi consulantur. Fürstliche Magdeburgische Kirchen-Ordnung *Cap.* 22. §. 5. ibi: darunter gehören die jenigen/ so Zauberey getrieben / und alle/so bey ihnen Rath und Hülffe gesuchet. Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Kirchen-Ordnung/ *Cap* 9. §. 3. Uti Magnifica Facultas Jenensis Juridica in casu,quo magica curatio per suspensam schedulam fuit adhibita respondit: M. Jun. Anno 1618. Wann es gleich demselben Euren Bericht nach/allenthalben bewand/also/ daß ihr das Zettlein / dessen Inhalts / wie ihr uns zugeordnet / aus Einfalt und auf anderer Leute flehentliches Anhalten / nachgeschrieben/ auch sonsten ihr Zauberey halber nicht berüchtig noch verdächtig/ dennoch aber/ dieweil Ihr selbst geständig / daß ungeachtet hiebevor ihr vor das Ministerium zu Franckenhausen vorbeschieden worden/da Ihr denn aus Gottes Wort unterrichtet/ von solchem Dingen abgemahnet/ und Euch dessen hinführo zuenthalten auferleget worden/ gleichwohl hernach vor anderthalb Jahren auf eines armen Hirten Weibes von Sega/ welche eine lange Zeit kranck gelegen/zu unterschiedenen mahlen gethanes Flehen und Bitten Euch dahin bewegen lassen / daß ihr derselben Abschrift des Zettleins gegeben / so seyd ihr eures Alters/ausgestandener Gefängnüs und andern Vorwendens ungehindert / die Euch abgeforderte 50. Reichstahler Straffe zuerlegen/ und öffentliche Kirchen-Busse zu thun schuldig V. R. W. Et quamvis

33 33) Sortilegos, Ariolos, Magos quis consuluisset in bonum finem pro rebus perditis recipiendis, vel sanitate recuperanda; attamen consulenti pœnitentia per Ministros Ecclesiæ imponitur,reservata Magistratui mulctâ pecuniariâ, textus est in *c. ex tuarum tenore. sub fine. X. de sortil. c. admoveant*, *15. caus.* 26. *qu.* 7. Berlich. *p.* 4. *conclus.* 5. *n.* 95. Matth. Colerus *decis.* 180. *n.* 10.

n. 10. Non enim licet per peccatum & opem Diaboli remedia quærere: neque sunt facienda mala, ut eveniant bona, nec magicæ artes, tanquam laquei & insidiæ Diaboli, quicquam conferunt. *c. admoveant 15. c. 26. q. 7. c. ultimo 26. q. 5. & c. 2. X. d. Sortileg.* Balduin. *in caſ. conſc. lib. 3. cap. 6. caſ. 5.* D. Struv. *Diſſ. crim. 7. theſ.* 16. Pruckner. *in manuali quæſt. theolog. cent. 2. q.* 29. & 30. 35 36. add. Johann. Wierus *de Præſtigiis Dæmonum lib. 6. cap. 3.* imò peccant in legem divinam *Levit. 19. v. 31. Deut. 18. verſ. 10.* Ihr solt Euch nicht wenden zu den Wahrsagern. Denn was der Wahrsager redet / das ist ihnen / als wann es ein Engel vom Himmel hätte geredet / glauben also dem Teuffel / dem nicht zu glauben ist / Freudius in Gewissens-Fragen *qu.* 211. Concordat hisce judicium D. Ægidii Hunnii apud Dedekennum, *Vol. 2. pag. 500.* ita enim respondit: Quæstionem quod attinet de Præfectis Ærarii, consulentibus Magum, ut suis artibus patefaciat sacrilegos, qui templum spoliarunt: Judico, præfectos contra verbum Dei fecisse impiè: siquidem scriptura damnat, non tantùm Magos, Incantatores, Ariolos, & id genus alia Satanæ mancipia, sed damnat eos etiam, qui consulunt tales, *Levit. 20.* Idcirco à Politico Magistratu puniri possunt pœnâ civili, à Pastore exaggeranda eis est atrocitas commissi sceleris, sed & ad agendam coram Deo pœnitentiam seriâ exhortatione sunt admonendi. 34) Sic CLERICO magos aut aruspices, aut in- 34
cantores, aut ariolos, aut certè augures, vel sortilegos, vel qui profitentur artem magicam, aut aliquos eorum similia exercentes consulenti & deprehenso, ab honore dignitatis suæ suspensio, monasteriique cura injungitur, ut ibi pœnitentiæ perpetuæ deditus admissum sacrilegii scelus solvat, canones sunt expressi *cauſ. 26. qu. 5.* In nostris Ecclesiis, quamvis ad uxoris suæ liberorumque amissam salutem comparandam id fecisset, publica deprecatio statuitur, prout Dnn. Jenenses

Theo-

Theologi responderunt: Demnach da man mit strengen Rechte mit einen solchen Pfarrer verfahren wolte / hette Er die remotion ab officio wohl verdienet / wenn Er aber seinen Sündenfall erkennet und hertzlich bereuet / möchte Er in seinem Ambte geduldet werden/iedoch daß Er öffentlich für der Gemeine das gegebene Aergernüs/wofern diese That kundbahr / abbitten / und für dergleichen That sich hinführo zu hüten verheissen würde/ Dunte *Decis. Casuum Consc. sect.* 2. *cap.* 2. Felix Biedenbach. *in Consiliis Theolog. decad.* 2. *judic.* 12. *per totum*, ubi plura de hac materia disserit.

35 35) Non minus NECROMANTICOS, ZINGAROS, TARTAROS, uti vocant Ziegeyner/CONSULENTES, propter commissum scandalum publicè deprecari necesse habent, cùm teste Osiandro *in Act. Apost. Cap.* 16. hodiè graviter impiâ curiositate peccent, eò quod pro accepto pretio audacissimè, sæpenumerò etiam mendacissimè divinari sibi cupiunt de rebus præteritis, præsentibus & futuris, prout D. Fritschius loquitur tract. de *Zyngarorum vita ac moribus, membr.* 5. Godelmann. *tract. d. Mag. & venefic. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 22. Peccatum esse grave contra primum Decalogi præceptum, reputant Canones, si quis ejusmodi peregrinatores Zingaros de fortuna sua percontatur animo credendi id, quod ipsi responderint;

36 36) quamvis ex curiositate, vel ridendi gratia, si quis quid faceret non pro lethali culpa habeatur, nisi persona talis conditionis esset, ut ex illa interrogatione alii graviter offenderentur, tunc enim ratione scandali gravius censentur peccatum *cap. cum ex injuncto X. de Nov. oper. nunc Constit. Elect. Saxon. Polit. tit. XI. art.*

37 37) THESAUROS MAGICIS ET ILLICITIS ARTIBUS QVÆRENTIBUS, Unzulässigen Schatzgräbern und Geldsuchern Jura nostra nonsolùm de pecunia inventa nihil relinquunt, & jure meritoque auferunt

ferunt *l. unic. C. d. Thesaur.* Card. de Lugo de *Justitia & jure*, *Vol. I. Disp. 6. sect.* 11. *n.* 11. ne iis malitia sua contra naturalem æquitatem prosit *l. 1. §. 1 ff. de doli mali except.* & ex delicto lucrum accipiant contra *l.* 134. *d. R. J.* quemadmodum Carolus V. Imperator Cornelium Agrippam & duos alios nobiles, eo quod thesaurorũ spem per artem magicam obtulissent, aulâ & regnis suis exulare jussit, referente Mart. Delrio, *l. 2. disq. magic. cap.* 13. *in fin.* sed etiam Consistoria his Thesaurorum avarissimis perscrutatoribus pœnitentiam publicam imponunt, quoniam graviter peccant contra Deum ejusque voluntatem: pecuniam enim inhalant, velit nolit Deus, ut non unum committant peccatum, avaritiæ imprimis, quæ contra Dei præceptum est, dediti; & ita Freudius *in cas. consc. de magicis quæstionibus q.* 148 *n.* 15. Wer will sagen / daß die Geldsucher nicht von Geitz getrieben werden? Sie sündigen auch wider die Tauffe / und werden an dem Bund / welchen sie mit Gott darin gemacht / treuloß und meineidig. Denn wiewol sie dem Teuffel abgesaget haben / fallen sie doch zu rücke und dienen Ihm auf vielerley Weise fürsetzlich. Darnach wann sie den Schatz suchen / treiben sie so viel zauberisch Affenspiel / daß nicht genungsam davon zu reden. In summa es geschicht da dem Teuffel / so groß Geprång zu Ehren / daß es nicht kan fehlen / er muß in seine Faust lachen; scandalum ergò istud datum pœnitentiâ publicè expiandum est. 38) Ob PHILTRUM datum, si scil. quis alteri dat 38
poculum amatorium conciliandi amoris ergò, si mors non fuerit secuta, tunc præter pœnam arbitrariam Carpzov. *p. 1. q. crim.* 21 *n.* 21. ei imponenda quoque est pœnitentia Ecclesiastica. Similiter ob POCULUM ABORTIONIS, 39) si quis 39
partum nondum animatum abegerit, præter pœnam extraordinariam pro arbitrio Judicis dictandam juxta Ord. Crim. Carol. V. *art.* 133. Damhaud. *pract. crim. qu.* 417. *n.* 9. Berlich.

lauffenden ümbstände/ und weil sie wider ihre Schwieger-Mutter Zeugnüs zugeben nicht angehalten werden sollen/ hierauf auch pœnitiret/ und ihr Verbrechen in guten bestand/ vier Wochen lang mit Gefängnüs in Straffe genommen/auch die verursachten Unkosten/ auf vorgehende Liquidation,und Richterliche Ermeßigung zuerstatten billich angehalten/mit der Kirchenbusse aber mag Sie nicht beleget werden/V. R. W. 42)Ob CONTEMPTUM SACRÆ COENÆ,si vel spontè,vel sub comminatione pœnæ admoniti,vel coacti à Magistratu,tandem resipiscant,&ad Sacram cœnam iterum accedant, non admittuntur ad usum Synaxeos,nisi pœnitentiam publicam simul egerint:nam malitiosa abstinentia à Sacrâ Cœnâ ipsamet est peccatum gravissimum, quo ingens præbetur scandalum Christianis,quia usus Cœnæ Dominicæ non est arbitrarius hominibus relictus, sed sub necessitatis conditione ad eum adstringuntur, proinde Contemptores ejusmodi pro Christianis haut sunt habendi, sed censura Ecclesiastica digni Carpzov. *I. P. E. lib. 2. tit. 18. def. 294. n. 2. 3. & 11.* Fürstl. Sächs. Weimarische Kirchen-Ordnung/*par.* 2. *cap.* 28. *n.* 2 *ibi:* Die ein oder mehr Jahre von Gebrauch des heiligen Abendmahls sich enthalten adde Fürstl. Lüneburg. Kirchen-Ordnung/*p.* 1. *cap.* 9. § 3, ibi: Und die zu keiner Kirchen noch Sacrament kommen/ F. M. K. Ordn. *c.* 22 §. 7. die ein oder mehr Jahr von Gebrauch des heiligen Nachtmahls weg geblieben / adde Balduin, *in cas. Conscient. lib. 4. cap. 9. cas. 4.* Dunte in *cas. consc. cap. 15. sect. 1. q. 2.* Bidenbach, *decad. 3. consil. Theol.* 2. Ob 43) PROFANATIONEM Sabbathi, illis,qui destinatò ædes sacras non frequentant, neque admoniti parent Magistratui, cùm præbeant scandalum, publica pœnitentia imponitur 44) Benè omnino hinc agunt Princeps & Magistratus, si curam Festorum

41 43 44

 Sab-

Sabbathi ſuſcipiunt, ejusque ſanctificationem non legibus ſaltim, ſed & pœnis tueantur Carpz. *I. P. E. lib. 2. tit. 16. def. 252. n. 3.* Præterquam quòd in Vet. T. Jeremias *c. 17. v. 20. & ſeqq.* non minus Regibus Judæ, quàm omni Judæ exprobrat, quod legem de ſanctificatione Sabbathi fœdè & multis modis conculcaverint; in N. etiam Teſtam. Paulus ſine figura Corinthiis ſuis nunciat, calamitates morborum & ipſius etiam mortis divinitùs illis eſſe immiſſas eâ præcipuè de causâ, quod in conventibus eccleſiaſticis ſcisſuris eſſent diviſi, quod Eccleſiam Dei contemnerent, & pudefacerent inopes, Beat. Dürrius *in Compendio Theologiæ Moralis cap. 2. part. 3. th. 62.* Ob
45 TURBATIONEM SACRORUM 45) in templo, quando quis Eccleſiæ Miniſtris ac concionantibus, vel palàm in ſuggeſtu ſtantibus, vel ſacra adminiſtrantibus ſeſe opponit, iisque contradicit, aut ſacra iſta, & operas Eccleſiaſticas alio modo turbet aut impediat, Carpzov. *lib. 3. I. P. Conſiſt. tit. 8. def. 95. n. 2.* deprecatio publica ob ſcandalum datum ei imponitur, uti Facultas Theologica Roſtochienſis Menſe Januarii 1574. reſpondit: Nachdeme N. N. Ihren Paſtoren, da Er in ſeinem öffentlichen Ambte geweſen / in der Predigt / aus gefaſten Argwohn öffentlich widerſprochen / und Ihn geſcholten / welches ihr billich nicht gebühret hätte / und alſo dadurch ein öffentliches Aergernüs angerichtet / ſich gegen Gott und das heilige Predig-Ambt vergriffen; Alſo iſt billich und Chriſtlich / daß Sie ihre Sünde erkenne / ſich dieſelbe laſſe von Hertzen leid ſeyn / und ſie Gott / ihren Paſtorn, und der geärgerten Gemeine abbitte. Dedeken *Conſ. Theolog. Vol. 1. tit.* von H. Predig-Ambt *pag. 893. Edit. noviſſ.* Sic in ſimili turbationis caſu Conſiſt. Elector. Lipſ. Nobilem quendam ad Iudicialem declarationem & Chriſtianam deprecationem in Conſiſtorio faciendam condemnavit, ita tamen, ut

de-

declaratio & deprecatio ista in loco commissi delicti, scil. templo, publicè de suggestu proclametur; Finckelth. *Obs. Pract.* 72. *n.* 10. ibi, eine Gerichtliche Erklärung und Christliche Abbitte / in Churfürstlichen Sächs. Consistorio allhier zu thun schuldig / welche hernach zu N. von der Cantzel öffentlich verkündiget wird. Adde Responsum Facultatis Theologicæ Wittebergens. *d. April.* 1646. *in consil. Theol. Witteberg.* *p.* 3. *p.* 22. & 23. Illuc 46) referuntur, qui vino adusto inebriati 46
in templo evomuerunt, & qui rixas in Ecclesia movêre, si & verbis verbera accesserint, per quæ sacra turbantur & tumultus excitantur. Sic Nobilem quendam Neapolitanum, qui famulo alicujus, provocatus ab eo, alapam dederat in Ecclesia, exilio per bimestre punitum fuisse testatur Farinac. *qu.* 105. *n.* 6. & 208. Maximè verò tunc exasperanda erit pœna, si alapa sub sacrarum celebratione fuerit alicui impacta sicque excitatâ turbâ auditoribus scandalum datum D. Samuel Strykius *diss. d. Alapa cap.* 4. *n.* 67. Unde non immeritò frivolis his *sacrarum* turbatoribus, si Judici circumstantias examinanti ita visum fuerit, pœnitentia publica imponi potest Carpz. *I. P. E. lib.* 3. *tit.* 8. *def.* 54. & 97. 47) Et 47
hîc de *Olao* Rege Norvvegiæ meminisse juvat, qui cum in die Dominico cogitationibus gravatus obambularet, ac baculum quendam forte fortuna cultro formaret, admonitus ab adstante per jocum de violatione sabbathi, non leviter in se punivit admissum, scindulas enim collegit omnes, manuique suæ impositas jussit incendi; ut se ulcisceretur, quod contra divinum præceptum incautus admisisset. Beierling *Theatr. vitæ human. lit. P. vocab. pænitent.* Zvvingerus *theat. vit. human. lib.* 12. *vocab. pœnitent.* HOMICIDIUM CULPOSUM 48) (dolosum enim ultimo supplicio punitur §. 5. 48
Just. d. Publ Judic.) committens extraordinariâ solet pœnâ affici. *l.* 4. §. 1. *ff. Ad L. Corn. d. Sicar.* P. H. O. *art.* 146. Sic mu-

 lier

pœnitentia Ecclesiastica F. S W K O. *cap. 28.* ibi Hurer/Ehebrecher/Blutschender/wann sie à pœna ordinaria durch öffentliche Erkäntnüs der Rechte losgesprochen und in der Gemeine geduldet werden. Sic Ob STUPRUM COMMISSUM, 52) tàm stupratori *cap.2.X.d adult.& stupr.* 52
quàm stupratæ propter datum scandalum pœnitentia Ecclesiastica imponenda, tali autem pœnitentiæ eas subjici, justum & utile est, ad imminuendam stupri facilitatem. Mevius *ad jus Lubec. lib. 4. tit. 5. art.3. n.* 5. Dunstanus Episcopus, *Edgaro* Regi Anglorum, ob vi compressam in Monasterio puellam, multis lachymis suum dolorem testanti septennem pœnitentiam indixit, ut toto eo spatio coronam regni non gestaret, jejunium in hebdomade biduale transigeret, pauperibus thesauros largè distribueret, sacrandis Deo virginibus monasterium in successione fundaret: ut qui unam per peccatum Deo abstulisset, plures ei aggregaret. Septimo autem anno, cùm pœnitentiæ tempus exactum fuisset, sacer præsul, accersitis omnibus regni Anglorum Principibus, Episcopis, Abbatibus, coram populi multitudine Regi coronam imposuit cunctis lætantibus. Vicent. *lib. 24. c. 78.* Beyerling. *theatr. vitæ hum. tom. 6. lit. P. de pœnitentia.* Virginum enim Deo consecratarum conjunctio non solùm incesta, sed & sacrilega est & dicitur *can. si quis sacro caus. 27. qu. I.* In crimine INCESTUOSARUM NUPTIARUM, 53) quando pœna illius 53
est arbitraria, quod quibus casibus fieri possit, videatur Carpzov. *p.2 crim. quæst.77.* Hahn. ad Wesenb. *tit. Ad L. Jul. d. Adult. n.* 21. pœnitentia Ecclesiastica jure meritò locum habet. Sic in casu, ubi Nobilis fœmina cum defuncti mariti fratre (uterino) sese commiscuerat, abierantque ambo in terram peregrinam atque per Pastorem hujus rei ignarum se copulari fecerant, reversis tandem: iisdem quæsitum fuit, 1. an sint in domicilio priori ob scandalum

tole-

tolerandi. 2. an ad Sacram Synaxin admittendi. 3. an in conjugio permanere possint. Ubi ad secundam quæstionem responderunt Dnn. Theologi Jenenses. verb. Die andere Frage betreffende; kan ihnen / als die bisher wieder Gottes Gebot gröblich/und nun viel Jahr gemißhandelt/und durch solche continuirte Todtsünde aus der Gemeinschafft der Heiligen gefallen/ und zu todten Gliedern worden/ die Speise und der Tranck des Lebens ehe nicht gereicht werden/ sie haben sich denn zuvor auf ergangnes Decret der Obrigkeit zu beyden Theilen der gepflogenen Beywohnung gäntzlich verziehen/thun sich auch derselben beharlich eusern/ mit dem erzürneten Gotte / der geärgerten Kirchen / durch warhafftige auch gebräuchliche Kirchen-Busse versöhnen &c. Dedekenn. *in appendice pag.* 826. Quod si IG-
54 NORANTER INCESTÆ NUPTIÆ 54) Sint contractæ mitius arbitrio judicis cum contrahentibus agendum est. Sicut & is, qui ab initio bona fide contraxit, sed postmodum detecta consanguinitate vel affinitate, nihilominus perseveravit, non incidit in pœnas incestùs à legibus & canonibus impositas, Dessel. *Erotemat: Jur, Canon. lib. 5. tit. 16. quæst. 12.* Cum tamen aliqua negligentia & culpa in non accuratè perscrutando cognationem, commissa videatur, & ne scandalum detur, putamus ritibus pœnitentiæ pub[illegible] omissis, pro concione vel post eam verba ad Auditores esse facienda, ne scandalum accipiant. Ob ADULTERIUM
55 55) quando ad intercessionem conjugis remittitur ordinaria pœna, quod fieri potest vid. Carpz. *fr. Crimin. p. 2. q. 55.* pœnitentia Ecclesiastica omninò necessaria est, F. M. K. O. *cap.* 22. §. 7. ibi, Ehebrecher / Olim in Concilio Nannetensi statutum est, si cujus uxor adulterium perpetravit, & hoc à viro deprehensum fuerit & publicatum, dimittat uxorem, si

vo-

voluerit, propter fornicationem; illa verò 7. annis publicè pœniteat, sed Vir ejus illa vivente nullatenus aliam accipiat. Quod si voluerit adulteram sibi conciliari, licentiam habeat, ita tamen, ut pariter cum illa pœnitentiam agat ac post præterlapsos 7. annos ad communionem iterum accedat. Similis forma & in muliere servabitur, si eam Vir ejus adulteravit. Regin. Prumiens. *d. disciplina Ecclesiastica Veterum præf. Germanorum lib. 2.* quem librum edidit D. Joachim Hildebrand. Ita Dnn. Wittebergenses Consistoriales apud Dedek. *Consil. theolog. vol. 3. sect. 11. n. 2 p. 569. edit. noviss.* derenthalben / wo dergleichen Fall sich zuträgt / und Weltliche Obrigkeit / aus bedencklichen Ursachen / dem Verbrecher Gnade erzeiget / so wird doch derselbe zur Communion hochwürdigen Sacraments anderweit nicht zugelassen / denn daß erstlich der Verbrecher vor der gantzen Christlichen Gemeine für dem Altar kniend / seiner Mißhandlung wegen befraget / und erinnert würde / ob er dieselbe erkenne / und für Gott und seiner Kirchen bekenne? & Dnn. Theologi Jenenses *Anno* 1657. in casu cùm Illustrisſ. Comes. in S. ad intercessionem conjugis gratiam facturus esset adultero, qui rem cum ancilla habuerat, responderunt ibi: So hielten wir unsers Orths dafür / hochgedachte Ihre Gräfl. Gn. könte mit unverletzten Gewissen dergestalt / die von supplicantin unterthänig gesuchte Dispensation willigen / daß (1) durch öffentliche Kirchen Busse das gegebene Aergernüs aufgehoben / (2) wegen erlassener Landes Verweisung etwa 100. Rthl. Straffe ad pias causas erleget würden / Und (3) Aergernüs desto mehr zuvermeiden / wie auch / andern ad terrorem der delinquent anders wohin in der Herrschafft sich begeben müste. Dedek. *in append. Theolog. Consil. pag. 875.* similiter prælaudati Dnn. Theolog. Wittebergenses Pastori adultero, qui cum solutâ

 rem

32 §. 37. 32) vel si magi consulantur. Fürstliche Magdeburgische Kirchen-Ordnung *Cap.* 22. §. 5. ibi: darunter gehören diejenigen/ so Zauberey getrieben / und alle/so bey ihnen Rath und Hülffe gesuchet. Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Kirchen-Ordnung/ *Cap.* 9. §. 3. Uti Magnifica Facultas Jenensis Juridica in casu,quo magica curatio per suspensam schedulam fuit adhibita respondit: M. Jun. Anno 1618. Wann es gleich demselben Euren Bericht nach/allenthalben bewand/also/ daß ihr das Zettlein / dessen Inhalts / wie ihr uns zugeordnet / aus Einfalt und auf anderer Leute flehentliches Anhalten / nachgeschrieben/ auch sonsten ihr Zauberey halber nicht berüchtig noch verdächtig/ dennoch aber/ dieweil Ihr selbst geständig / daß ungeachtet hiebevor ihr vor das Ministerium zu Franckenhausen vorbeschieden worden/da Ihr denn aus Gottes Wort unterrichtet / von solchem Dingen abgemahnet/ und Euch dessen hinführo zuenthalten auferleget worden/ gleichwohl hernach vor anderthalb Jahren auf eines armen Hirten Weibes von Sega/ welche eine lange Zeit kranck gelegen/ zu unterschiedenen mahlen gethanes Flehen und Bitten Euch dahin bewegen lassen / daß ihr derselben Abschrift des Zettleins gegeben / so seyd ihr eures Alters/ausgestandener Gefängnüs und andern Vorwendens ungehindert / die Euch abgeforderte 50. Reichsthaler Straffe zuerlegen/ und öffentliche Kirchen-Busse zu thun schuldig V. R. W. Et quamvis

mile delictum ante 5. 6. vel. 8. annos commisisset, super quibus delictis nulla unquam fuisset instituta inquisitio; post tot autem annos detegeretur delictum imò delinquens talia ipse fateretur, quo casu Judex secularis neque accusantem audire neque confitentem condemnare potest; cum Reus per præscriptionem non solùm ab ordinario supplicio, sed ab extraordinaria pœna liberetur, Carpzov. *tract. crim. p.* 2. *qu.* 59. *n.* 7. paria enim sunt pœnam solvisse, sive satisfactum esse de crimine, & præscriptum esse Carpzov. d. l. adeo ut etiam ex officio exceptionem præscriptionis supplere teneatur, etiamsi reus illam planè non opposuerit *arg. l.* 1. *d. leg. pract.* Carpzov. *Jurispr. For. p.* 1. *const.* 25. *d.* 3. Num etiam pœnitentia Ecclesiastica sit præscripta? Et præscriptam non esse cum D. Brunnemann. *cent.* 1. *decis.* 82. contendimus; quia pœnitentia ista Juribus præscriptionum non constringitur, Decian. *lib.* 3. *tract. crimin. c.* 37. *n.* 19. nec sublatâ pœna civili, statim tollitur scandalum Ecclesiæ datum, eumque in modum Incluta Facultas Juridica Francofurtana anno 1653, & Domini Scabini Ienenses anno 1618. responderunt, Ob wol M. J. eines begangnen stupri geständig/ iedoch dieweil solches vor ungefehr 11. oder 12. Jahren verübt seyn sol / und also dasieder mehr als 5. Jahr verflossen / so mag Er nunmehro ob præscriptionem quinquennii mit Weltlicher Straffe nicht beleget werden / Magnific. D. Struve *dissertat. criminal.* 16. *th.* 19. ubi addit, quod JCti tum temporis pronunciantes ad pœnam ecclesiasticam respexerint, quemadmodum notasset in manuscriptis Assessor, qui sententiam istam nomine Collegii scripsisset.

CAPUT V.

referens

Formam & Ritum publicè poenitentium.

SUMMARIA.

I. Diversis temporibus diversa fuit forma circa ritus II. In Veteri Testamento Reus manus capiti hostiæ immolandæ imponebat. III. In Novo Testamento quænam fuerit. IV. De ritibus Veteris Ecclesiæ tot extant canones. V. In rituum poenitentialium historia diligenter cavendum est, ne, quæ certorum sunt temporum, pro universalibus habeantur. VI. Inter ritus à canonibus præscriptos primus est confessio peccatorum coram proprio Sacerdote. VII. Quid Exhomologesis. VIII. Confessionem sequebatur humilima veniæ petitio. IX. Post ejusmodi petitionem debito modo factam peccator excommunicabatur. X. Deinde examinabatur. XI. Reus stare ante templi fores, exorare ingredientes &c. necesse habebat. XII. Quàm magna deliquimus, jam granditer defleamus, inquit Cyprianus. XIII. Quare fletus & gemitus. XIV. Theodosius Imperator Dominum precatus est, non stans, sed prorsus humi abjectus. XV. Ex Climaco constat, quanto animi impetu atque ardore poenitentiam Veteres amplexati sint, & quàm testudineo gradu nos ad illam feramur. XVI. Alii miserabiliter in coelum intuentes, alii reorum in morem vinctis post terga manibus, nonnulli strati cilicio pectora tutuderunt, alii ex intimo corde rugientes interdum repente exclamarunt, &c. XVII. Et asperitas in Cilicio, & cineris aspersio adhibebatur, ut in punctione Cilicii cognoscamus, quid per culpam fecimus, & in favilla cineris perpendamus, quid per judicium facti sumus. XVIII. Quid sit Matth. 6. v. 21. Luc. 10. v. 13. in sacco & cinere sedere. XIX, Nonnunquam poenitentes publicè catenas gestabant, quò testarentur, se peccatorum vinculis teneri. XX. Ita prorsus ad luctum compositi poenitentes publi-

cam

cam aggrediebantur pœnitentiam. XXI. Quatuor erant gradus. XXII. Primus erat Fletus. XXIII. Exempla ex Eusebio. XXIV. Secundus Auditio XXV. Tertius gradus erat Substratio. XXVI. Quartus, Consistentia. XXVII, Hæc omnia breviter complexus est Lehmannus in Chronico Spirensi lib. 2. cap. 34. cujus verba referuntur. XXVIII. Et hæc dicebatur plena pœnitentia. XXIX. Cumulati & nimium exacerbati postea fuerunt pœnitentiales illi Canones. XXX. Alii pœnitentiam subibant unius anni, alii plurium, sed pro modo delictorum, alii mensis unius, alii unius diei. XXXI. Quanquam bona intentione ad ostendendam Ecclesiasticæ Disciplinæ severitatem initio fuerint hi ritus introducti, occasionem tamen dederunt tandem ad illam confessionem auricularem, Canonicas satisfactiones &c. XXXII. Hodie ritualis seu solennis illa pœnitentia & disciplinæ Ecclesiasticæ severitas apud nos ferè collapsa est. XXXIII. Id quod nostrates Theologi affirmant. XXXIV. Ante omnia autem quoad ritus pœnitentiæ publicæ Ordinationes Ecclesiasticæ in qvovis loco consvetæ observandæ sunt. XXXV. In terris Electoratus Saxonici resipiscentes aliquot diebus dominicis ante fores templi sistuntur, baculos albos in manibus gestantes. XXXVI. Quibusdam in locis sola fit deprecatio publica per Ministrum Ecclesiæ ex suggestu. XXXVII. Nonnunquam pœnitentia fit simili declaratione coram Magistratu Ecclesiastico vel Consistorio. XXXVIII. Si peccator resipiscat, quomodo recipiendus. allegantur quædam formulæ in casu simplicis Adulterii, Stupri, Fornicationis, Usurariæ Pravitatis, &c. XXXIX. Quomodo Minister Ecclesiæ procedat. XL. Q. Num pœnitentia Ecclesiastica vel expresso vel suppresso nomine sit peragenda? Distinguitur. XLI. Theologi Orthodoxi statuunt deprecationem publicam suppresso nomine debere peragi. Sententia Balduini affertur. XLII. Si manifesta Sanctio de expressione nominis pœnitentiam agentis extet, illa observanda est. XLIII. Nihil detractum volumus dispositionibus Superiorum, ad quos spectat Jus decernendi pœniten-

tiam XLIV. Responsum Dnn. Theologorum Lipsiensium XLV. Responsum Dnn. Theolog. Jenensium affertur. XLVI. Quid si in aliquo loco peracta fuerit pœnitentia publica modò expresso, modò suppresso nomine, & sententia feratur de imponenda pœnitentia ecclesiastica, de quonam modo intelligenda? Resp. esse in arbitrio Consistorii. XLVII. Quod arbitrium tamen legibus & rationi debet esse adstrictum. XLVIII. Pœnitentiam designaturus ad duo attendere debet, scil. peccatorum magnitudinem, & pœnitentis dispositionem. X·LIX. Providè agendum, ne vel gravitate, vel lenitate peccetur. L. Quo die olim peracta pœnitentia publica. LI. In nostris Ecclesiis die Sabbathi fieri solet. LII. Consvetudo observanda. LIII. In Ungaria quoad ritus pœnitentiæ Ecclesiasticæ magnus adhuc viget rigor, & qualis sit. LIV. Quomodo Giessæ blasphemans egerit pœnitentiam. LV. Arnstadii puella â lamia seducta, postmodum conversa, ad sacram cœnam fuit admissa, ita tamen, ut publicè ab omnibus, quos scandalizatos sua impietate sciret, addita promissione melioris vitæ, veniam sit precata. LVI. Quid apud Judæos hodienum moris sit. LVII. Si delicta fuerint reiterata, Antiquitas pœnitentiam publicam solennem initerabilem statuit. & quare. LVIII. Sententia Augustini. LIX. Hodie reiteratis delictis reiterantur ritus pœnitentiæ, & quodammodo exasperantur. alleg. Ordin. Eccles. Vinariens. LX. Peccator per tria Sabbatha coram foribus templi cum alba scipione seu baculo debet stare &c. LXI. Quod attinet Locum, olim in facie Ecclesiæ inter Missæ solennia absolvebantur pœnitentes formula deprecatoria, qualis ista fuerit LXII. Hodie delinquens peragere debet pœnitentiã in illa Ecclesia parochiali, cui subest. LXIII. Quænam dicatur Parochia. LXIV. Quisnam Parochianus LXV. Si in una civitate plures sint Ecclesiæ Parochiales, in quanam debeat fieri pœnitentia. LXVI. Si quis in loco delicti commissi & scandali dati publicam egisset pœnitentiam, & postea ad alium migrasset locum, tunc in novo domicilio pœnitentiam ecclesiasticam repetere non est obligatus. LXVII.

Re-

Responsum Consistorii supremi Dresdensis affertur, LXVIII. In alio loco ad sacram cœnam non est admittendus, antequam satisfecerit Ecclesiæ scandalizatæ. LXIX. Deprecatione tamen publica gravari non debet reus propter delictum alibi commissum, ratio. LXX. Responsum Consistorii supremi Dresdensis affertur. LXXI. Quid si peccans ex loco delicti in alium locum secesserit, perque aliquod tempus ibi commoratus, & Sacrâ cœnâ ibidem fuerit usus, postea revertatur in locum delicti commissi & scandali dati, num adhuc solennem pœnitentiam subire debeat? In Consistorio Rudelstadiano decisum fuit, quod non. Hic casus arbitrio Judicis Ecclesiastici relinquendus est. LXXII. Quod circumstantiam Temporis attinet, imponitur pœnitentia, si de crimine commisso quis sit convictus l. illud confessus, & casus â Magistratu seculari per sententiâ deciso, & processu finitus sit. LXXIII. referuntur verba Lutheri. LXXIV. Admittendus tamen est peccator, modò testatum faciat Magistratui Ecclesiastico pœnam ipsi â Magistratu seculari esse dictatam, licet nondum executioni sit mandata. LXXV. Responsa Dnn. Theologorum Jenensium & Lipsiensium referuntur.

Formam quod attinet, illa 1) diversis temporibus 1
circa ritus diversa quoque fuit 2) In VETERI 2
TESTAMENTO Reus manus capiti hostiæ immolandæ imponebat, & quidem inter cornua ejus, de quibus *capite secundo* prolixius agere antevertimus; addatur *R. Mosis Maimonidæ tract. de pœnitentia ex Ebræo in latinum sermonem transpositus à Dn.* Iohann Hilberto, *add. Dn.* Johann. Frid. Mayeri *Ecloga Theologica de Pœnitentia Bestiarum Niniviitica.* 3) In NOVO TESTAMENTO 3
tempore Christi quomodo pœnitentia publica fuerit peracta, notat Zepperus *in Polit. Eccles. lib.* 1. *cap.* 22. Corinthius ille incestuosus ab Ecclesia objurgatus fuit, & eadem illi condonavit eumque consolata est, ac charitatem erga illum

um ratam fecit, ne abundante tristitia absorberetur, 2. *Cor.*
4 *2. v. 6. add. Luc.* 7. 38. 47. 50. 4) De ritibus VETERIS ECCLESIÆ plena sunt Ecclesiastica scripta, & tot extant Canones, qui dicuntur pœnitentiales, & alii à Gratiano collecti *dist.* 50. *c.* 64. *dist.* 82. *c.* 5. 12. *quæst.* 2. *d.* 17. 13. *q.* 2. *c.* 32. 26. *q.* 6. *cap.* 10. 33. *q.* 2. *c.* 8. & 15. 5) Prudenter
5 autem D. Gebh. Theod. Meier. *in Collegio manuscripto* cui titulus Rituale Pœnitentium Veteris Ecclesiæ *th.* 5. monet, in Rituum pœnitentialium historia diligenter cavendum esse, ne, quæ certorum temporum & certarum Eccle-
6 siarum sunt instituta, pro universalibus habeamus. 6) Inter ritus à Canonibus præscriptos primus erat CONFESSIO PECCATORUM, quæ dicitur Canonica peccatorum coram proprio sacerdote facta declaratio, D. Ziegler *ad Lancell. Instit. can. lib.* 2. *tit.* 5. §. 5. de quâ Tertullianus *lib. de Pœnitentia ait: Tantum relevat confessio delictorum, quantum dissimulatio exaggerat. Confessio enim satisfactionis consilium est, dissimulatio contumaciæ. Hujus igitur pœnitentiæ secundæ & unius, quanto in arcto negotium est, tanto operosior probat, ut non sola conscientia proferatur, sed aliquo etiam actu administretur.*
7 *7) Is actus, qui magis græco vocabulo exprimitur, & frequentatur,* Exhomologesis *est, quâ delictum Domino nostrum confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia DEus mitigatur. Itaque Exhomologesis prosternendi & humilificandi hominis disciplina est, conversationem injungens misericordiæ illicem,* hinc Beatus Rhenanus *præf. ad hunc Tertull. locum pag. m.* 10. inquit; Ex homologesi publica, id est, actu pœnitentiæ coram Ecclesia, nisi multum fallimur, confessio secreta sumpsit originem D.
8 Hülseman *de Correptione Fraterna, pag.* 192. *n.* 18. 8) Confessionem sequebatur HUMILIMA VENIÆ PETI-

TIO,

TIO; Sic de Maximo, Urbano & Sidonio Novatianos hactenus secutis, tunc autem ad Ecclesiam redeuntibus Cyprianus *lib.* 3. *epist.* 11. ad Cornelium Episcopum Romanum retulit: *In Presbyterium venerunt Maximus, Urbanus, Sidonius & plerique fratres, qui eis se adjunxerunt, summis precibus desiderantes, ut ea, quae antea fuerant gesta, in oblivionem cederent, nullaque eorum mentio haberetur, perinde atque si nihil esset vel commissum vel dictum invicem*; addit postea deprecatoria horum verba: *Nos, inquiunt, Cornelium. Episcopum Sanctissimae Ecclesiae creatum à DEO omnipotente & Christo* Domino *nostro scimus: Nos errorem nostrum confitemur. Circumventi sumus perfidia loquacitate factiosa amentes. Videbamur quasi quandam communicatioi cum cum Schismatico homine habuisse*, D. Strauch. *dissert. d. ritib. veter. publ. poenitent.* §. 18. 9.) post ejusmodi petitionem debito modo factam peccator EXCOMMUNICABATUR; Sic Caesar *homil. I.* inquit: ET hoc attendite, fratres, quod, qui poenitentiam petit, excommunicari se supplicat. 10) Deinde EXAMINABATUR diligenter, num dignus sit, qui ad communionem reciperetur, & num poenitentia, quam prae se ferret, sit vera, vel simulatoria; propterea Reus necesse habebat, 11) stare ante templi fores, atque externis quoque signis contritionem declarare. Quorsum respiciens Tertullianus *cap. 12. lib. d. patientia*, inter poenitentiae effectus & hoc recenset; *haec expectat, haec exoptat, haec exorat poenitentiam*, & Cyprianus *epist.* 31. inquit: *Pulsent sanè fores, sed non utique eam frangant, adeant ad limen Ecclesiae, sed non utique transiliant. Multum illis proficiet petitio modesta, postulatio verecunda, humilitas necessaria, patientia non otiosa: mittant legatos pro suis doloribus lacrymas, advocatione fungantur ex interno pectore probati gemitus dolorem probantes commissi*

9
10
11

cri-

12 *criminis & pudorem*; 12) Pergit Cyprianus sermonem de lapsis finiens *Quàm magna deliquimus*, inquit, *tam granditer defleamus: alto vulneri diligens & longa medicina*
13 *non desit: pœnitentia crimine minor non sit.* 13) Fletûs autem & gemitûs indicendi, observante Albaspinæo *de ritib. veter. Eccles. lib. 2. Observ. 22.* non aliam causam habuit fidelium mater, quàm vim eam propitiandi numinis, quam inesse lacrymis Deus ipse indicat & placandi sui rationem demonstrat, edicenti Deo: *Quoties ingemuerit peccator*, pa-
14 rendum decernebat; 14) *Theodosius* Imperator, cujus supra *cap.* 3. mentio facta est, teste *Theodoreto lib. 5. Hist. Eccles. cap.* 17. in sanctum sanctorum ingressus non stans Dominum precatus est, neque genibus flexis, sed pronus humi abjectus, versum Davidis recitavit; *Adhæsit pavimento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum*, atque capillum manibus lacerans frontem ferire, lacrumarum guttis solum rigare veniamque supplex petere cepit. Ubi autem templum postulavit, ut dona sacræ mensæ offerret, surrexit, atque non minorem lacrymarum vim, quàm antea, effundens
15 in sanctuarium ingressus est. 15) Ex Climaco *de pœnitentia*, constat, quanto animi impetu atque ardore pœnitentiam veteres amplexati sint, & quàm testudineo gradu nos ad illam feramur; Quosdam, ait *Climacus*, noctibus totis usque ad mane sub dio stare pervigiles, pedesque immobiles tenebant: cumque somno miserabiliter oppressi agitarentur, vim naturæ inferebant, nullamque sibi ipsis requiem indulgebant, sed seipsos increpabant, ignominiisq; & contume-
16 liis afficebant, atque excitabant. 16) Alii miserabiliter in Cœlum intuentes & illinc adjutorem cum gemitu & suspiriis & vocibus invocantes. Alii in oratione existentes, ac reorum in morem vinctis post terga manibus, luridas facies

in-

inclinantes, indignosque se, qui in cœlum adspicerent, vociferabant. Nonnulli strati cilicio & cinere sedentes, alii jugiter pectora tundentes. Plurimi, ut in morte fieri solet, super animabus suis ululatum diræ vocis emittebant. Alii ex intimo corde rugiebant, atque inter os gemitus sonum cohibebant. Interdum verò, cum se continere non possent, repentè exclamabant: Vidisses in illis æstuantes linguas instar canum ex ore procedentes. Ex his alii sub ardentissimo solis æstu seipsos cruciabant. Alii contra acerrimo frigore se affligebant. Beyerling. *magno Theatr. vitæ humanæ sub lit. P. vocab. pænitentiæ pag.* 447. Nudis pedibus incedebant, Concil. Agath. *can.* 15. Vestem mutabant; saccum induebant *dict. concil. can.* 15. (Casaubonus *Exerc.* 13. *n.* 63. Vestem fuisse è villis hircorum & caprorum contextam negat) *Greg. XXXV. moral.* ait: 17) in Cilicio asperitas, quæ punctio peccatorum, in cinere autem pulvis ostenditur mortuorum, & idcirco utrumque hoc ad pœnitentiam adhiberi solet, ut in punctione cilicii cognoscamus, quid per culpam fecimus, & in favillâ cineris perpendamus, quid per judicium facti sumus, *vid. B.* Gerhard. *Annot. in Matth. p.* 600. D. Geier *de luctu Ebræorum cap.* 22. 404. *& seqq.* Schindlerus *in Lexico fol:* 1930. 18.) Ex quibus apparet, quid sit *Matth. 6. v.* 21. *Luc.* 10. *v.* 13. in sacco & cinere sedere, nimirum seriæ pœnitentiæ etiam externa signa edere. D. Scherzerus *in diss. doctoral. ad Salvator. Oracul. Matth.* 11. *Væ tibi Chorazin &c.* §. 14. Chemnitius *Exam. Concil. Trident. part.* 2. *cap.* 10. 19) Nonnunquam pœnitentes publicè catenas in Symbolum gestabant, quo testari voluerunt, se peccatorum vinculis teneri, August. *hom.* 27.

20) Ita prorsus ad luctum compositi pœnitentes publicam pœnitentiam aggrediebantur, & quidem 21) QUA-

(Margin: 17, 18, 19, 20, 21)

TUOR erant GRADUS, quibus iftius curriculum abfolvebatur. Quia verò experientia oftendebat, multos fæpè frigidè & leviter ea, quæ ad veram peccatorum pœnitentiam pertinent, curare & agere, multos etiam fimulatione pœnitentiæ receptos, poftea turbare Ecclefiam, magna feveritate ufi fuerunt Veteres in injungendis Canonicis illis fatisfactionibus, Chemnit. *in exam. Concil. Trident. part. 2.*
21 *cap. 8.* 22) *Primus* erat προσκλαύσεως FLETUS, feu cum extra portam Oratorii ftantes & in luctu & lacrymis fideles ingredientes & exeuntes orabant, ut fibi peccata condonarent, ut pro fe apud Deum intercederent, prout antea n. 11. dictum, videantur Taumaturgus *in Epift. fua Canonic.* Bafilius
23 M. *can.* 56. 23) Exempla vid apud Eufebium *lib.* 5. *hift. Eccl. c.* 28 qui *Natalis* cujusdam, & Synefium *epift.* 67. qui *Lam-*
24 *pomani* flentium mentionem faciunt. 24) *Secundus* gradu fuit ἀκρόασις feu AUDITIO, & in eo conftituti ἀκροώμενοι audientes dicebantur, qui non amplius in veftibulo templi, fed intra templum ftabant, & facras lectiones juxta conciones ab Epifcopo vel Presbytero habitas audiebant, quem locum Georgius Taumaturgus ita delineat: ἀκρόασις vel auditio, hoc eft audientium ordo eft intra portam Oratorii, in loco, qui vocabatur *Narthex*, ibi peccator ftabat juxta Catechumenos, fed auditâ facrâ fcripturâ & concione ejiciebatur, & precibus cum Ecclefia fundendis in-
25 dignus cenfebatur, D. Chemnic. *d. l.* 25) *Tertius* gradus erat ὑπόπτωσις feu SUBSTRATIO; fuccumbentes enim inter Ecclefiæ fepta manebant precum Ecclefiæ participes, fed cum Catechumenis exibant. Hinc *Taumaturgus* Subftratio eft, cum pœnitens intra templi portam ftat, & cum Catechumenis egreditur. Ad quæ verba Zonaras addit: Succumbentes cum fidelibus deprecabantur, adeo

hâc

hac in parte meliores erant audientibus, sed cum Catechumenis egrediebantur, D Chemnit. *d. l.* Albaspinæus *l. 2. obs. v.* 24. 26) 26
Quartus gradus est *σύστασις* seu CONSISTENTIA. Consistentes enim cum fidelibus orabant, nec cum tamen ad Sacramenta admittebantur, Ziegler *ad Inst. Lancell. lib. 2. tit. 5. §. 2. in Not.* & cum Catechumenis non egrediebantur, ubi notandum est: Veteres Fideles non festis tantùm, sed & dominicis diebus preces non flexis genibus, sed stantes absolvisse, ut ostentarent, se cum Christo surrexisse, & in DEI gratia adhuc stare, Chemnit. *d. l.* Albaspinæus *cit. loc. obs.* 25. Addunt nonnulli *quintum* gradum, sc. Participationem Sacramentorum, quæ tamen non tam ad gradus, quàm ad receptionem referenda est, Baron. *tom. 2. ad Ann. Christi* 263. *n.* 29. Marcus Anton. d. Domin. *d. Rep. Eccles. lib. 5. cap. n.* 32. D. Strauch. *Dissert. J. Publ. Exot.* 5. *th.* 8. 27.) Quæ omnia breviter complexus Lehmannus *in Chronic. Spirens. lib. 2. cap. 34. pag.* 129. *ibi*: Zum andern hatte man in der Kirchen einen sonderbaren Orth zu nächst an der Kirchthür verordnet/ da die/so öffentlich gebüst/zu gewissen Zeiten von der Christlichen Gemeine abgesondert müssen stehen / und die/ so in die Kirchen kommen/bitten/ daß Sie ihnen mit ihrem Gebet bey Gott wollen verhelfflich seyn. Zum dritten/daß sie am Leib ein Härin Hembd/und sonsten Schwartze Trauer-Kleider getragen / und das Haar wachsen lassen / biß der angesetzte Termin der Busse zu End gericht. Zum vierten/ demnach zur selben Zeit bräuchlich/daß iedweder sein Opffer zur Ausspendung der heiligen Sacrament/und Unterhalt der Clerisey und Armen zum Altar gebracht/nemlich Brod und Wein / haben sich die Bußfertigen der Liefferung solcher Opffer in aufgesetzter Zeit müssen enthalten. Zum 27

fünfften/so offt man in Christlicher Versamlung erschienen/hat entweder der Bischoff/oder an dessen statt ein Priester die Hände aufs Haupt der Bußfertigen gelegt/und öffentlich für Sie gebeten. Zum sechsten / wann die Zeit der Buß herümb/hatt sie der Bischoff öffentlich von ihren Sünden absolvirt, darauff dieselbe das Nachtmahl des Herrn empfangen / und wieder freyen Zugang zum Gottesdienst erlanget. Zum siebenden/so einer in Zeit der Buß in schwere Kranckheit gefallen / hat man denselben nichts destoweniger
28 absolviret und communiciret. 28) Et hæc dicebatur plena pœnitentia,cujus frequens mentio fit apud Cyprianum, teste Albaspinæo *d.l.lib.2.c.*30.germanicè Die grosse Kirchen-Buße/ uti Domini Theol. Jenenses apud Dedekenn.Consi. *in append.*
29 *p.*883.eam vocant. 29) Cumulati verò, & nimiùm exacerbati postea fuerunt pœnitentiales illi canones,& quod ad mulctas, & quod ad diuturnitatem temporis attinet, Chemnit. *in E-*
30 *xam. Concil. Trident: p.* 2. *cap.* 10. 30) Alii pœnitentiam subibant unius anni, alii plurium, sed pro modo delictorum, alii mensis unius, alii unius diei & alii plurium dierum: & alii quidem omnium dierum totius vitæ eorum, Zimmer-
31 mann.*in tr.Christiani fiunt non nasc.*§. 234. 31) Et quanquam bona intentione tantùm ad severitatem quandam disciplinæ Ecclesiasticæ ostendendam initio introducti hi ritus fuerunt, occasionē tamen dederūt tandem ad illam Confessionem auricularem,Canonicas satisfactiones.Indulgentiarū nundinationē,Simoniam,Tyrannidē conscientiarum, & Excommunicationem,qua Pontifex Romanus universum penè orbem Romanū dementavit,& sibi subjugavit,Eusebius *l.*5.*hist.Eccl.c.*25.
32 32) HODIE Ritualis seu solennis illa pœnitentia & disciplinæ Ecclesiasticæ severitas apud nos ferè

ferè collapsa, est id quod affirmant. 33) Nostrates Theologi in 33
append. Consil. Dedekenn. *pag.* 883. *ibi*: Und der ist beschrie-
benen grossen Busse (die doch in unsern Kirchen gantz erloschen
ist &c.) vid. Confessionis Augustanæ Apologia tit. von
der Beicht und Gnungthuung *lib.* Christian. Concord.
82. *ibid.* von den eusserlichen Ceremonien der öffentlichen Busse
&c. porrò: dieselbigen Ceremonien sind alle nun vorlängst
abkommen/ und ist nicht Noth/ daß man Sie wieder aufrich-
te/ zumahln solche eusserliche Ceremonien leichtlich die Un-
erfahrnen dahin bringen/ daß sie meinen/ sie helffen etwas
zur Seeligkeit. 34.) Ante omnia autem quoad ritus pœ- 34
nitentiæ publicæ in nostris Ecclesiis Ordinationes Eccle-
siasticæ in quovis loco consvetæ observandæ sunt. 35. Sic 35
in terris Electoratus Saxonici resipiscentes ad avertendum
scandalum aliquot diebus dominicis ante fores templi si-
stuntur, baculos albos in manibus gestantes, *Ordin. Eccle-
siast. Elect. Sax. art. gener.* 10. §. Wenn aber die Obrigkeit
in verb. daß Er vor der Kirchthür mit einen weissen Stabe
2c. oder dergleichen etzliche Sontage nach einander stehen
müsse/ 36) Quibusdam in locis sola fit deprecatio pu- 36
blica per ministrum Ecclesiæ è suggestu, qui post habitam
concionem antequam pœnitens sacrâ cœnâ utitur, formu-
lam deprecatoriam prælegit, populumque adhortatur, ne
scandalum capiat, Carpzov. J.P.E. *lib. 3. tit. 7. n. 8. & 12.*
37) Quandoq; Pœnitentia fit simili declaratione coram Ma- 37
gistratu Ecclesiastico vel Consistorio, & quia hoc Eccle-
siam repræsentare censetur, perinde habetur, ac si coram cœ-
tu Ecclesiæ fiat, nisi pudori aut honori pœnitentis par-
catur. 38. Si peccator resipiscat ac pœniteat, quomodo
recipiendus vid. Fürst. Sächs. Weynm. Kirch. Ord. 38

cap

cap. 28. ubi *pag.* 502. legitur formula der Kirchen = Buſſe wegen offenbahrer Sacraments-Verachtung / *adde Ord. Eccleſ. Coburg. d. Anno* 16:6. ubi *cap. 26. p. 28:.* habetur forma abſolutionis & confeſſionis in caſu ſimplicis Adulterii, Stupri aut Fornicationis *pag.* 292. formula in caſu homicidii non dolosè commiſſi, *pag.* 296. *Ordin. Eccl. Vinar pag.* 531. forma proceſſus in caſu Uſurariæ pravitatis & malitioſæ defraudationis in contractibus *pag.* 304. forma in caſu ſtupriante copulationem Eccleſiaſticam præſumti, ſed coram Miniſterio

39 negati. 39) Prælegit Paſtor publicè in ſuggeſtu verba concepta, & inde deſcendens in genua procumbentem coram Altari peccatorem Miniſter Eccleſiæ interrogat, an hic coram Deo & in facie Eccleſiæ ex animo confiteatur peccata? An animitus pœniteat? & mediante publica pœnitentia cum Deo, & ſcandalizata Eccleſia conciliatus eſſe velit? An credat in Chriſtum ipſiusque meritum? An propoſitum habeat emendandæ vitæ? ad quæ ſi pœnitens reſponderit affirmando, Paſtor ipſi imponit manum, & abſolutionem impetit, ad adſtantes etiam verba monitoria facit, ut reſipiſcenti condonent, eumque pro recepto Eccleſiæ membro habeant. Quibusdam in locis pœnitentiam publicam agentes, inter communicantes ultimum locum te-

40 nent, quò ab aliis dignoſci poſſint *pag.* 514 40) Quæſtio eſt, num *Pœnitentia Eccleſiaſtica vel expreſſo, vel ſuppreſſo nomine ſit peragenda?* Reſp. Aut hactenus in Eccleſia introductum eſt, eandem fieri ſuppreſſo nomine, aut contrarium expreſſa ſanctione ſancitum habetur. Priori caſu, ſtatur conſvetudini, â qua in iis, quæ ad Eccleſiam pertinent, temerè haut recedendum, inprimis in ritu hujus deprecationis, Carpzov. *Iprud. Conſiſt. lib. 3. tit. 7. def.* 73. *n.* 13. Mevius *part. 7. deciſ.* 293. & ſufficiat pœnitentem Eccleſiæ reconci-

liari

liari & scandalum deleri eo modo seu ritu, qui in hoc vel illo loco introductus atq; receptus est, neque in veteri Ecclesia, ubi rigor disciplinæ Ecclesiasticæ examussim observabatur, solitum erat, denunciationem prima vice cum expressione nominis fieri, prout ex Meisnero adducit Ludovic Dunte *decis. cas. consc.* tit. Von der Kirchen-Zucht *sect. alter. quæst.* 5. *pag.* 437. So iemand in der Kirchen einen ärgerlichen Fall gethan / ward Er erstlich von dem Priester der Gemeinde angekündiget und zugleich begehret / die gefallene Person in Ihr Christlich Gebeth einzuschliessen / daß Gott der Person die Augen aufthun / und Gnade sich zu bekehren geben wolle / ward aber die Verbrechung / noch der Verbrecher mit Nahmen nicht außgedrucket; Thät denn die Person nicht Busse / so thaten nach verflossenen Tagen die Priester dergleichen / und machten zugleich die Verbrechung nahmhaftig; verschwiegen aber nochmahls denn Verbrecher: erzeigete sich darauf die Person noch nicht / wie sichs gebühret; so ward alsobald beydes die That und der Thäter außdrücklich und nahmentlich gemeldet / auch die verbrechende Person aus der Communion und Gemeine gestossen / und für derselben Glied nicht erkannt. Ex quibus apparet, ad expressionem nominis ante non fuisse ventum, quàm si facta fuerit excommunicatio. 41) Quapropter Theologi Orthodoxi statuunt, deprecationem publicam suppresso nomine debere peragi. 41
Sic eximius ille Theologus Balduin. *de Casib. Consc. lib.* 2. *c.* 12. *cas.* 3. infert: Publica deprecatio fieri potest, si facinorosus, suppresso tamen nomine, per Ministrum Ecclesiæ indicet serium animi sui dolorem ob admissum publicum & scandalosum facinus, veniam & intercessionem apud De-

um petat & vitæ suæ emendationem promittat, quo facto tranquilliore animo ad S. Cœnam accedere potest. Simile judicium habet Dedekenn: *tom. 1. pag. 3. Consilior: & decis. Eccles. tit.* Von Heiligen Predigt-Ampt *sect. 3. n. 11. fol. 877*

42 42) *Posteriori casu*, si manifesta Sanctio de expressione nominis pœnitentiam agentis extet, illa merito observanda est, cum vim legis habeat in Ecclesia. 43) Hâc tamen

43 nostra observatione nihil detractum volumus Superiorum, ad quos spectat Jus decernendi pœnitentiam Ecclesiasticam, dispositionibus, quo minus pro ratione circumstantiarum illum ipsum modum deprecandi, qui erat more receptus sub nomine suppresso, decernere possint, quod fiat cum expressione nominis, & contra. ita *Ord. Eccles. Vinar. cap. 28. §. 3. in fine* ibi: Ob die öffentliche Kirchen-Busse anzuordnen rc. Ingleichen da die Personen/welche ohne öffentliche Busse nur eine Abbitte thun sollen/mit Nahmen zunennen oder ohne Benennung abzukündigen/und was dergleichen Umbstände mehr seyn mögen. Quæ omnia pro circumstantiis causæ sunt decernenda, prout in casu pertinaciæ

44) Domini Theologi Lipsienses *Anno* 1662. *die* 28.

44 *Octob.* responderunt: weil seine (Rei) letzte Verweigerung/ (scilicet ut cum actore injuriato concilietur, cùm ei pœna relegationis fuisset dictata) nur intra privatos parietes geschehen/Als were dieses unser Theologisches Gutachten/ wenn die Christl. Aussöhnung mit den Schwieger-Eltern und andern Beleidigten gebührend fürgangen wäre/die formula deprecationis publicæ auch in etwas gemildert würde/als daß beydes der Nahme heraus gethan/und nur bloß gemeldet würde/wie bißhero eine Person aus dieser Gemeine welche wegen begangener excessen hiebevor von der O-

brigs

brigkeit bestraffet werden müssen / und hierauff eine geraume Zeit in zimlicher Unversöhnligkeit gelebet / dannenhero auch in das 5. Jahr vom heiligen Abendmahl abgehalten werden müssen; nunmehro auf vielfältiges Seelsorgerliches zureden :c. :c. Wird man gedachten H. unter den Hauffen Bußfertiger Christen in Nahmen des Herrn wiederumb aufnehmen / und für weitern Trutz und Hartnäckigkeit schon der Gebühr nach abmahnen und abhalten können / *Append. ad Conf.* Dedekenni *fol.* 557. 45) Et in eodem casu crescente contumacia, Domini Theologi Jenenses ad Consult. laudatorum Dom. Consist. Schvvarzb. anno 1670. responderunt : Demnach auch auf seiten offt benimten Z. H. sich befindet / daß Er vor etlichen Jahren in gleichen ärgerlichen Beginnen gegen seinen Schwieger = Vater S. D. sich betreten lassen / und ungeachtet / daß Er damahls zur öffentlichen deprecation, wie wohl suppresso nomine, angehalten worden / gleichwohl nun zum andernmahl wider das vierdte Geboth sich so gröblich an Ihm vergrieffen hat / hätte er wohl verdienet / daß er nunmehro expresso nomine, und mit mehrem Nachdruck / so wohl ihme zur künfftigen Besserung / als andern zur Warnung / dieselbe werckstellig zumachen angehalten würde / jedoch werden dergleichen Umbstände billig Ihrer Gräfl. Gnaden und derer Consistorio anheim gestellet / welche nach Befindung hierinen so zu verfahren wissen werden / daß alles ad ædificationem, nicht aber ad destructionem gereichen möge. 46) Quod si in aliquo loco peracta fuerit pœnitentia publica modò expresso, modò suppresso nomine, & sententia feratur de imponenda pœnitentia Ecclesiastica. Q. de quonam modo intelligenda?

Resp. Esse in arbitrio Consistorii, vel ejus judicis, cui Jurisdictio Ecclesiastica competit, qui juxta qualitatem delicti, personæ, gravitatem scandali, & aliarum circumstantiarum de eo statuere debet: denn die Benennung der Person ist kein wesentliches Stück der deprecation, sondern gehöret zu denen Umbständen / darin nach Beschaffenheit der Sache / von einem Consistorio kann und mag dispensiret werden / ajunt Domini Theologi Jenenses apud Dedeken. *in Append.*
47 *p.* 556. 47) Quod arbitrium tamen legibus & rationi debet esse adstrictum, præprimis autem considerandum, quid in eo delicti genere hactenus usu servatum fuerit, à quo temerè non recedendum: ubi consvetudo non est certa, Judex sequi debet, quod rationi convenit. *l. hodiè* 13. *ff. d. pœnis.* F. M. K. O. *cap.* 22. §. 23. ibi: wie es der Brauch mit sich bringt / und die hohe Landes-Obrigkeit nach Gelegenheit der Fälle vorschreibet und andeutet. 48. Pœ-
48 nitentiam designaturus ad duo attendere debet, peccatorum magnitudinem & pœnitentis dispositionem, Svaretz. *dis.* 33. *s.* 4. *n.* 4. quapropter si pœnitens probabili allata causa de pœnitentiæ gravitate conqueratur, plerumque eam moderari, vel aliam leviorem decernere oportet, Paul. Layman *Theol. moral. lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 15. *n.* 11. & Paulus Tarnovius *d. SS. Ministerio lib.* 2. *cap.* 24. 49) providè agendum monet, ne vel gravitate, vel lenitate peccetur, sed discretò pro
49 personæ & peccati circumstantiis pœnitentia à sacerdote injungenda, qui, more periti Medici, superfundat vinum & oleum vulneribus, Henricus Zoesius *ad Decret. tit. de pœnit. & remiss. n.* 5. DIEM 50) quod attinet, olim pœ-
50 nitentium reconciliatio ultimis magnæ hebdomadis diebus ordinariè fieri solebat; tantùm in die est differentia, alii quin-

quinta, alii sexta, denique alii ultima illius hebdomadis feria pœnietntes altario conciliabantur. Latina Ecclesia maximam partem diem Dominicam observabat. In Oriente ultimæ hebdomadis diebus reconciliationem factam esse variis argumentis probari potest, D. Meyer *in laud. manusc. d. ritibus Eccles. Vet. th. 61.* 51) In nostris Ecclesiis 51
illud observari solet, ut die Sabbathi, ubi frequentia Auditorum conspicitur, post concionem habitam publica pœnitentis deprecatio fiat, F.M.K.*d.c.22.§.23.* Und geschiehet des folgenden Tages oder Feyrtages nach gehaltener Predigt die öffentliche Abbitte &c. 52) Quamvis etiam in aliis diebus hebdomadis 52
pœnitentiam publicam agi notum sit; ante omnia consvetudo observanda est, à qua absque gravi causa & dispositione Consistorii non est recedendum. 53) In Ungaria quoad ritus
pœnitentiæ Ecclesiasticæ magnum adhuc vigere rigorem 53
ex Pl. Reverendo Dn. M. Rösero, Leutschoviæ Ungarorum olim Professore, hodiè Aulæ Quedlinburgensis Concionatore & Consistoriali percepimus; scilicet, quod ejusmodi pœnitens, sive sit Masculus, sive Fœmina, in medio templo in editiori loco stare debeat, ut ab omnibus conspici possit, idque per tria Festa Sabbathorum; in tertio demum publicè denuncietur, & pro modo delicti corripiatur, ut omnibus sit despectui, & in tribus prædictis concionibus, si quid occasione textus occurrat, quod ad factum exaggerandum 54
applicari possit, non intermittatur. 54) D. Præses retulit, Giessæ anno 1660. militem quendam, qui in sanitatem Dei & Diaboli (mens scribendo horrescit, refugitque) biberat, in facie Ecclesiæ pœnitentiã egisse, per totum tempus quo habita fuerit concio, stantem nudis pedibus, face atrâ accensâ in manu utraq; coram altari, cui absoluta concione, D. Haberkornius

 pie

piæ memoriæ exaggeraverit immanitatem facinoris, ſimul verbis gravisſimis explicando, cur faces atras? cur ardentes geſtaret? cur nudo pede ac capite &c. poſtmodum confeſſum peccata ac deprecantem abſolviſſe, eumque in gremium Eccleſiæ recepiſſe. Quod utinam ubique receptum, forſitan enormibus peccatis cum publico Eccleſiæ ſcandalo conjunctis, repagulæ ponerentur, vid. *ord. Eccleſiaſt. Haſſo Darmſtatin.* *ſub tit. Form.* der öffentlichen Pœnitentz, *pag.* 302. In 55) Conſiſtorio Schvvarzburg. Arnſtadiano, in
55 caſu, ubi Puella 10 annorum ab avia ſua ad Diabolicum Magiæ crimen ſeducta, per Dei tamen gratiam fuerat converſa, adveniente & ætate & tempore, quo ad ſacram ſynaxin admittenda videbatur, decretum fuit, ut, quia adſcito fœdere Diaboli renunciaverat divino, prius quàm ad Cœnæ uſum una cum aliis admitteretur, publicè poſt habitam concionem ad quosdam articulos propoſitos reſponderet, ex iisdem peccata profiteretur, Diabolico fœderi renunciaret, ſeque ad Dei gratiam & meritum Chriſti, quin & efficax, prius abjuratum, fœdus baptismale vera fide converteret, inſuper à quolibet, quem ſcandalizatum ſua impietate ſciret, addita promisſione melioris vitæ, veniam precaretur; hoc facto à Paſtore de abſolutione peccatorum publicè certior facta in numerum credentium filiorum Dei iterum reciperetur, prout Nobilisſ. Dn. D. Roche, JCtus & Anteceſſor hujus Salanæ, tunc temporis Conſiliarius Svvarzburg. Aulic. & Conſiſtorialis nobis hæc retulit.

56) Apud Judæos hodienum quid moris circa ritus
56 pœnitentiæ vid. *apud* Ioh. Buxtorff. *in Synag. Judaic. cap.* 47. ibi. Homicida per tres annos in exilium pellitur, & ubivis urbium, quas Judæi incolunt, ſingulis diebus tergum flagris ſubjicere, & alta voce clamare debet; *Ego ſum homicida*

da: nullæ carnes ipſi edendæ, nullum vinum bibendum eſt, crinis promittendus barbaque, nec induſia, nec aliæ veſtes abluendæ ſunt, non illi lavandum vel balneis corpus fovendum eſt, quotquot menſibus ſemel caput velare & brachium, quo homicidium perpetravit, catenâ ferreâ collo alligatum ferre, hocque pacto apud Judæos huc illuc paſſim vagari, & publicè admiſſum homicidium quotidiè defleri debet. Quibusdam hæc imponitur pœna, ne uſpiam pernoctent, ubi pridiè pernoctaverint, ſed vagabundi inſtar Caini oberrent: Sunt quos cuti nudæ thoracem ferreum induere oportet. Quidam ante Scholam in januæ limine jacere, & omnium pedibus conculcari debent. Abſoluto hoc exilio & ſupplicio per integrum annum ſingulis ſeptimanis ter jejunabit, præter ſupra dicta jejunia. Et hæc ſi prima & ſimplici vice delictum perpetratum fuerit. 57) Si delicta reiterata fuerint vel peccatores recidivant, reverenda Antiquitas pœnitentiam publicam ſolennem initerabilem ſtatuit, eo quòd ille qui in eadem vel ſimilia peccata relapſus fuerat, exiſtimaretur ac ſi prima vice non veram & ſeriam egerit pœnitentiam, ſed hypocriſi & ſimulata pœnitentia deceperit, ideoque huic amplius in & ab Eccleſia fidendum non eſſet, quod qui ſemel fidem perdiderit, hujus fides meritò ſit ſuſpecta: & ne Eccleſiæ & cenſuræ Eccleſiaſticæ vileſcat autoritas, & vilis & contemptibilis efficiatur pœnitentia ſolennis, ideo iterari non debet, ut loquitur Auguſtinus *Epiſt. 54.* Dn. Ziegl. *ad Lancell. Inſt. Jur. Can. lib. 2. tit. 5.* §. 2. Appendix ad Conſil. Dedekenni, fol. Ita ut ſi peccator itidem illud aliudve grave peccatum commiſerit, in Eccleſia non amplius tanquam membrum toleratus, ſed ab ea planè fuerit ſecluſus, quamvis aditus ad internam pœnitentiam non eſſet præcluſus. Sic Ambroſius

lib.

57

lib. 2. c. 10. de vera pœnit. ait : Meritò reprehenduntur, qui iterandam putarunt, quia ſicut unum baptiſma, ita una eſt
58 pœnitentia, quæ tamen publicè agitur; 58) Et Auguſtinus *in Epiſt. ad Maced. 84.* quamvis cauté, ſalubriterque proviſum ſit, ut locus humilimæ illius pœnitentiæ ſemel in Eccleſia concedatur, ne Medicina vilis, minus utilis eſſet ægrotis, quæ tanto magis eſt ſalubris, quanto minus fuerit
59 contemtibilis. 59) HODIE reiteratis delictis reiteratur ritus pœnitentiæ, & quodammodo exaſperatur *Ord Eccleſ. Vinar. cap. 28.* Da auch iemand ſolcher geſtalt iemahl Kirchen-Buſſe gethan hat / und fähret hernach nichts minder in vorigen Sünden fort ꝛc. Und wird ihm zum andernmahl öffendliche Pœnitens vor der Chriſtlichen Gemeine zu thun zuerkand / als dann hat man mit Ihme nicht auf ſo gelinden Weg / wie zuvor / ſondern billig ſchärffer zu verfahren /
60 60) ſc. iſte Peccator per tria Sabbatha coram foribus templi cum alba ſcipione, ſeu baculo ſtare, neque templum intrare debet, donec concio haberi incipiatur, ut intelligatur delicto ſuo ſe à cœtu Chriſtiano ſeparaſſe, ſeque ſancta communione indignum reddidiſſe; porrò quando concionis ſit initium per æditum in medio templo ad ſuggeſtum ducitur, ut concionem audire poſſit; finita concione & precibus conſvetis peractis Paſtor populo indicat, quibus ex cauſis huic lapſo iterum publica pœnitentia impoſita ſit, ipſi pœnitenti fœditatem delicti exaggerat, atque ipſum ad ſeriam pœnitentiam, populumque ad evitationem peccatorum adhortatur, ut DEUM pro ipſo rogent, velit ſine fraude eſſe pœnitentiam. Hiſce peractis domum peccatori abire licitum, & quomodo primo die Sabbathi cum eo actum eſt, ita & ſecundo proceditur; Die Sabbathi tertio & ultimo, ubi unà cum aliis Sacrâ Cœnâ uti intendit,

iti-

itidem se ante portam templi, prout antea factum, & postmodum ad suggestum sistere & finita concione verba ad populum deprecatoria consveta, quorum antea mentio facta est, facere, & modum publicæ confessionis unà cum reiterata mentione prioris delicti observare debet. 61. Quod attinet LOCUM, ubi pœnitentia Ecclesiastica peragi debet; Olim in facie Ecclesiæ inter Missæ solennia absolvebantur pœnitentes certa formula, & recipiebantur. Formula ista, quæ etiam optativa dicitur, erat talis: *Absolutionem seu remissionem peccatorum tibi tribuat omnipotens Deus; Et ego te absolvo à peccatis tuis.* Postea indicativa tantum formula usurpata fuit, D. Zimmerman *in tr. Christiani fiunt non nascuntur sect. 2. §. 230. pag. 423.* 62) HODIE delin- 62
quens in illa Ecclesia Parochiali peragere debet pœnitentiam publicam, cui subest, & in qua per commissum delictum scandalum dedit Fürstl. Magd. Kirch. Ordn. *c. 22. §. 24.* Da sich aber einer nach öffentlichen Sünden-Fall/und gegebnen Aergernüß/an einen andern Ort begeben wolte/ soll er nicht aufgenommen noch zum H. Abendmahl gelassen werden/ biß Er sich vorhero mit der Kirchen/da Er gesündiget/versöhnet *add. Ordin. Eccles. Vinariens. cap. 28. §. 7.* Dicitur autem Parochia 63) Pfarr- 63
Kirchspiel/quæ constat ex conventu & congregatione civium cohabitantium *c. fin. d. Paroch.* Ziegl. *ad Lancell. Instit. J. Can. lib. 2. tit. 18. §. 3. pag. 511.* 64) Parochianus dicitur 64
ein Eingepfarrter/Pfarr-Kind/qui per totum annum vel majorem partem anni habitat in aliqua parochia, ibique audit divina & percipit Ecclesiastica sacramenta, *c. 15.* qui de sepulturis *in 6.* Mascard. *de probat Vol. 3. concl. 1151.* Menoch. *lib. 6. Præs. 88.* D. Struv. *Synt. Jur. Civ. tit. d. Judiciis thes. 37.* Parochiali Ecclesiæ suppositi dicuntur omnes habitatores intra limites Ecclesiæ Parochialis: proinde Parochiani Sa-

cramenta Ecclesiastica alibi sumere non possunt, nisi de licentia & certis casibus, ut in casu necessitatis, peregrinationis & periculi pestis Carpz. *J.P.E. lib. 2. tit. 18. def. 290. & 291 c. omnes utriusque 12. X. de pœnit. & remiss.* ibi: Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit justa de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet, & obtineat â proprio sacerdote, cùm aliter illum Pastor alienus absolvere vel ligare non possit *Card.* Tusch. *lit. P. concl. 97. & 99.* D. Ziegler. *ad*
56 *Inst. Jur. Can. Lancell. lib.* 2. *tit. 5.* §. *5. & 6. 65*) Hinc si in una civitate plures sint Ecclesiæ parochiales, delinquens, qui fortassis populosiori subest, ad pœnitentiam publicam in alia minus populosâ non admittendus, sed ad suam parochiam remittendus est, qvia ubi scandalum datum est, ibi etiam
66 illud purgari debet, 66) Si quis autem in loco delicti commissi & scandali dati publicam egerit pœnitentiam, & postea ad alium migraret locum, ibique commoraretur, tunc in novo domicilio pœnitentiam Ecclesiasticam repetere non obligatus est: quia semel facta deprecatione universæ Christi Ecclesiæ Reus jam est conciliatus; & scandali remotio in uno loco facta ad alia etiam loca se extendit, si jam facta pœnitentia publica innotuerit, Fürstlich. Magdeb. Kirchen Ordn. *c. 22.* §. *24.* ibi: soll aber zur nachmahligen Abbitte an andern Orte nicht angehalten / iedoch wann es Aergernüs gebe / von Prediger öffentlich gedacht werden / daß sich solcher mit der beleidigten Kirche versöhnet. ideo non necesse est, ut denuò & quovis in loco specialiter exigatur deprecatio: evitandi enim sunt actus frustratorii *l. 14.* §. *1. ff. ut legat seu fidei commiss. servandi causa*, Carpzov. *lib. 3. J.P.E. tit. 7. def. 92. n. 10.* & 67) ita respondit Consistor.
67 suprem. Dresdense. Wann dann nicht herkommens / daß einer Persohn an zweyen unterschiedlichen Orthen die offentliche Abbitte auferleget werde rc. 68) In alio autem loco ad sa-
98

eram Cœnam non est admittendus, antequam satisfecerit Ecclesiæ scandalizatæ, Ordin. Eccles. Vinariens. *cap.* 28. §. 4. Wann iemand nach öffentlich gegebenen Aergernüs sich an einen Orth begeben würde/ soll Er daselbst nicht aufgenommen/ noch zum heiligen Abendmahl zugelassen werden/ Es sey denn/ daß Er zu vor an dem Orth/ da Er gesündiget/ sich mit der Kirchen versühnen lassen/ und dessen ein Zeügnüs vom Ministerio desselben Orths bringe/ wenn Er auch dergestalt mit der Kirchen/ welche Er geärgert hatt/ versühnet worden/ soll Er zu keiner andern Abbitte an dem Orth/ dahin Er sich hernacher wendet / angehalten werden.
69) Deprecatione tamen publica grauari non debet reus 69
propter delictum alibi commissum, Nicol. Rebhan im Bericht von der öffentlichen Kirchen-Busse *cap. 20. pag. 138.* quia tale delictum respectu hujus loci, ubi delinquens degit, pro occulto habetur, & ideo cessat ratio scandali, & per consequens & ipsa deprecatio cessabit. Sic rescripsit 70) Con-
sistorium Supremum Dresdense Wann sie dann dieser 70
Orter nicht/ sondern allhier zu Dresden verbrochen / als werdet Ihr gedachten Pfarrer bescheiden/ daß Er bey solcher Beschaffenheit die delinquentin mit der Kirchen-Busse verschonen soll/ Carpz. *Jurisprud. Eccles. lib. 3. tit. 6. def. 91.* 71) 71
Quid si peccans ex loco delicti in alium locum secesserit, perque aliquod tempus ibi commoratus, & sacra Cœnâ ibidem usus fuerit, postea revertatur in locum delicti commissi & scandali dati, num adhuc solennem pœnitentiam Ecclesiasticam subire debeat? In Consistorio Schvvartzb. Rudelstadiano decisum fuisse, quod non; sed ad evitandum scandalum sufficere publicam denunciationem, ex communicatione Dn. Ahasv. Fritzschi JCti novimus, quamvis & hic casus arbitrio & dispensationi Judicis Ecclesiastici re-

72 linquendus. 72) Quod circumstantiam QVANDO attinet, Poenitentia Ecclesiastica delinquenti tunc demũ imponi potest, quãdo crimen commissum, quod publicam poenitentiam meretur confessus, l. de eo legitimè convictus; & causa à Magistratu seculari Sententia decisâ & processû finita; vide supra Cap. *3. in fine & cap. 4. circa princip.* & parti læsæ æquè ac Ma-
73 gistratui satisfactio data sit; 73) sic Lutherus pro concione Invocavit Witteb. publica hæc protulit verba: So Er Kundschafft vom Rath bringet und darüber Vergebung der Sünden bittet/ so soll Er öffentlich für dem Altar knien &c.
74 Binchius *remed. Impietat. cap.* 9. §. 2. 74) Admittendum tamen esse peccatorem ad poenitentiam existimamus; modò testatum faciat Magistratui Ecclesiastico, poenam ipsi à Magistratu Seculari esse dictatam, licet nondum executio-
75 ni sit mandata, 75) quorsum faciunt verba Dnn. Theolog. Jenens. *in cas. cap.* 4. relata, ibi: es geschehe solches (die Kirchen-Busse) noch vor der Landes-Verweisung oder nach ausgestandenen exilio über lang oder über kurtz &c. & Dnn. Theolog. Lips. in eadem causa anno 1662. Ob nun wol noch für vollstreckung Weltl. Straffe das Ministerium zu Greußen diesen H. Z. angemahnet / daß Er mit seinem Beleidigten Nächsten und der geärgerten Christl. Gemeinde sich wiederum versöhnen &c. & porrò, Nachdem Er auch nach ausgestandener zwey-Jährigen Landes-Verweisung wiederumb zu Greussen umb admission zum heiligen Nachtmahl angehalten / auch darauf so wohl in Consistorio, als auch vom Ministerio Jhm beweglich zugeredet worden / gegebenes öffentliches Aergernüs öffentlich von der Cantzel zu depreciren.

Caput VI.

indicans

Finem & Effectum Pœnitentiæ Ecclesiasticæ.

SUMMARIA.

I. Quisnam sit finis pœnitentiæ publicæ. II. Neque de seria interna cordis pœnitentia satis constare potest, nisi externa adsint signa. III. Hæc externa pœnitentia præsupponit internam; neque Consistoriales admittunt publicè pœnitentem, de cujus seria interna pœnitentia non satis constat, ad sacram cœnam, quàm si externè etiam se pœnitentem exhibuerit. IV. Allegatur dictum Petri à S. Joseph. V. Verba responsi Dnn. Theologorum Lipsiensium. VI. Non sufficit delinquentes cum privato conciliari, sed insuper Ecclesiæ publicè satisfiat. VII. Responsum Dnn. Theologor. Wittebergensium. VIII. Habet fundamentum in verbo Dei. IX. Consentiunt nostrates Theologi; Dnn. Rostochiensium. X. Dn. Aviani Theologi. XI. Gennadii Episcopi Marsiliensis. XII. nec non Dn. Antonii Reiseri verba referuntur. XIII. Politici insigniores pœnitentiam publicam non improbant; uti apparet ex Scripto Gravellani in Concilio Ratisbonensi anno 1541. nomine S. Majestatis Cæsareæ exhibito. XIV. In terris Ecclesiarum Augustanæ Confessioni addictarum Constitutiones ferè omnes in notoriis delictis publicam pœnitentiam sanciverunt. allegat. Const. Ecclesiast. Coburgensis. XV. Tendit etiam pœnitentia Ecclesiastica in aliorum terrorem. XVI. Respectu peccatoris conciliatio est actio seu virtus, respectu verò aliorum est passio, & impropriè & per accidens censetur pœna. XVII. Quod eleganter exponunt Dnn. Theologi Lipsienses in responso, cujus verba nonnulla referuntur. XVIII. Quomodo ea, quæ de necessitate publicæ pœnitentiæ dicuntur, sint intelligenda, scil.

non de necessitate absoluta, sed hypothetica. XIX. Si peccator seu criminosus extremè contumax persistat, & spretis omnibus admonitionibus à Ministerio Ecclesiæ, vel Consistorio factis, cum offensa parte conciliari nolit, vel publicè pœnitentiam agere recuset, quomodo cum eo procedendum? XX. Respond. omnia cum moderatione & adhibitis gradibus pro animarum salute tentanda esse, antequàm ad extrema deveniatur. XXI. Fieri solet denunciatio è suggestu, ac moneri Ecclesia, quò pro hisce contumacibus oretur, ut veram pœnitentiam agant. XXII. Si laqueis Satanæ constricti impœnitentes contumaciter perseverant, ad amovendum scandalum venditio bonorum, & migratio ex loco ipsis imponi, & exilio vel relegatione puniri possunt. XXIII. Judicium Dnn. Theologorum Wittebergensium, quod hoc in casu retulerunt, refertur. XXIV. Notabile responsum Dnn. Scabinorum Jenensiũ allegatur. XXV. Incidenter quæritur, Num uxor maritum propter delictum, & extremam pœnitentiæ Ecclesiasticæ recusationem condemnatum & relegatum sequi debeat? Vel si nolit, an hoc exilium, in quod maritus ob commissa delicta, & sic propria culpa mittitur, pro desertione malitiosa habendum, & consequenter Conjuges quoad vinculum conjugii separari possint? XXVI. Ad has quæstiones responderunt Dnn. Theologi Jenenses, quorum verba referuntur. XXVIII. *Effectus* pœnitentiæ publicæ alius consideratur, prout fuit in Veteri Ecclesia, alius qui adhuc in Nostra obtinet. XXVII. Olim pœnitentibus, & in pœnitentia publica constitutis, ac post actam pœnitentiam à conviviis, balneis aliisque delitiis & voluptatibus erat abstinendum. XXIX. Pœnitentes ab illo vitæ genere, in quo facilis occasio peccandi datur, abstinere severè jussi sunt. XXX. Nec verè pœnitens potest dici, qui peccandi occasionem non abscindit, nec evitat. XXXI. Patribus Concilii Carthagin. IV. placuit, pœnitentes sepelire debere mortuos. XXXII. Qui ob crimen aliquod in solênni erant pœnitentia, nubere prohibebantur, nisi peractâ pœnitentiâ. XXXIII. Hodie cessat effectus quoad præcedentia, restituitur tamen pœnitens ita, ut ad ea, à quibus hactenus fuerat exclu-

clusus, iterum admittatur. XXXIV. Exclusus fuit impius & criminosus ab usu sacræ cœnæ, & munere Patrinatûs. XXXV. Peractâ pœnitentiâ cessat præclusio. XXXVI. Responsum Dnn. Theologorum Lipsiensium refertur. XXXVII. Quod alia non nocet pœnitentia Ecclesiastica, neq; pœnitentiarius, qui humiliter egit pœnitentiam, repellitur à Dignitatibus Ecclesiæ. XXXVIII. Pœnitentiarius si restitutus fuerit ad famam, pro non pœnitentiario habetur quoad effectum juris. XXXIX. Jure Canonico pœnitentiâ peractâ adultera non sic dici debet, cujus pœnitentis crimen divina creditur miseratione deletum. XL. Olim Clericus publicè & solenniter pœnitens ad Clericatum & sacros ordines inhabilis reddebatur & deponebatur, h. e. ordine suo excidebat, atque in laicorum numerum detrudebatur. XLI. Hodie Clerici non tam propter pœnitentiam publicam peractam, quàm ob crimina, ob quæ degradari possunt, à Clericatu repelluntur. XLII. Declaratur præjudicio Dnn. Theologorum Lipsiensium. XLIII. Resolvitur quæstio, An illi, qui pœnitentiam publicam egerunt, pro infamibus sint habendi? Negativè. XLIV. Quemadmodum in secularibus negotiis non ipsa pœna, sed causa pœnæ, scil. famosum delictum reddit infamem. XLV. Ita ecclesiastica pœnitentia infamat tantùm per accidens, ob famosum crimen. XLVI. Eleganter hoc exprimit Ordinat. Eccles. Vinariensis. XLVII. Q. An etiam ob pœnitentiam Ecclesiasticam peractam remittenda sit pœna carceris? Negativa verior est. XLVIII. Poena ecclesiastica planè diversa à seculari. XLIX. Licet quis in foro interiori animæ seu conscientiæ fuerit absolutus, attamen in foro exteriori seu judiciali accusari potest. L. Concedimus justas ob rationes certasque circumstantias carceris poenam quandoque posse mitigari.


INIS Pœnitentiæ Publicæ est partim, ut exploretur peccatoris pœnitentia; partim ut Ecclesiæ scandalo offensæ satisfiat; partim ut vitia paulatim exstirpentur, atque ad virtutem amplectendam I

dam homines accendantur. Quoniam autem quodlibet institutum æstimatur ex fine, dicendum est, pœnitentiam Ecclesiasticam utilem, & necessariam esse; 2) Neque de
2 seria interna cordis pœnitentia satis constare potest, nisi externa adsint signa; egregiè *S. Augustinus in Enchiridio ad Laurentium cap.* 57. ait: in actione pœnitentiæ, ubi tale crimen comissum est, ut is, qui commisit, à Christi etiam corpore separetur, non tàm consideranda est mensura tem-
3 poris, quàm doloris; 3) Præsupponit ergò hæc externa pœnitentia internam, neque Consistoriales vel Ministri Ecclesiæ publicè pœnitentem, de cujus seria interna pœnitentia non satis (quantum homini exterius perscrutari datum & possibile est) constare possit, ad sacram Cœnam admit-
4 tunt, quàm si externè se pœnitentem exhibuerit, 4) Si pœnitens, ait Petr. à S. Joseph. Fuliens. *summ. cas. consc. par. 2. opusc. 2. cap.* 11. poenitentiam publicam implere recusat, quam confessionarius ad tollendum scandalum, omninò ne-
5 cessariam judicet, absolutio ei deneganda est. 5) & Theologi Lipsienses in antea allegato responso ad Dnn. Consist. Schvvarzburg. Ingleichen sey aus seinem eingekommenen Schrifften keine anzeigung rechtschaffener Reue zu verspüren gewesen/ also daß Er auch mit schänden und schmähen immer fortgefahren / porrò: Als wäre dieses unser Theologisches Gutachten/ Wann die Christliche Außsöhnung mit den Schwiger-Eltern / und andern Beleidigten gebührend fürgangen wäre ꝛc. Idemque Theologi in alio quodam casu ad consultationem Pastoris zu G. d. 1. Aug. 1674. responderunt: Wenn H. S. nur eine simulatam deprecationem Ihme zu thun sich nochmahls erkläret/ und es geschehet / daß Jhm solche Abbitte nicht von hertzen gehe/ so ist Er (Consulens) nich schuldig solche zu acceptiren, denn solche deprecatio muß seria seyn und von hertzen gehn/ son-

stern

sten ist es nur eine Betrügerey und hypocrysis, dadurch gedachter H. S. zur Erkäntnüß seiner Sünden nicht gebracht/ sondern vielmehr in seiner Boßheit verstocket wird ꝛc. 6) 6
Quod Ecclesiam scandalo offensam attinet, non sufficit, delinquentes cum privato conciliari, quod quidem laudabile & necessarium est, sed quoniam manifesta peccata non sunt occulta correptione purganda c. 1. X. *d. pœnit. & remiss.* insuper Ecclesiæ publice satisfiat, quæ deprecatione placari debet, vide *cap. 4. in princ.* & 7) ita Dnn. Theologi Wittebergen- 7
ses Anno 1670. in eodem casu: Denn ob Sie schon sich zur privat deprecation beyder Beleidigten erbieten/ welche auch allerdings zu gestatten/ und vorzunehmen/ so müssen sie doch/ wie erwehnet/ der Christlichen Gemeinde/ welche mit solchen excessen und Aergernüssen von ihnen verletzet/ nicht minder reconciliiret/ und das Aergernüß öffentlich abgethan werden. Consentiunt Theologi Nostrates, 9) Sic Dnn. Ro- 9
stochienses apud Dedeken. *vol. 1.* confer *Theolog. V 3. membr. 3. sect. 3. n. 8. in verb.* Und erstlich halten wir die Christliche Kirchen-Zucht/ darinnen auch die öffentliche denunciation oder Versöhnung eines öffentlichen Sünders mit der Christlichen Gemeinde/ die er geärgert hat/ begrieffen ist/ für eine nütze/ heilsame/ und in Gottes Wort wohlgegründete Ordnung/ derer wir auch in diesen Kirchen uns ümb vieler hochwichtigen Ursachen willen gebrauchen können/ derohalben auch diese Ordnung in andern Kirchen/ wo sie üblich/ und so ferne sie nach der Regul Pauli/ ut omnia ad ædificationem fiant, recht gebrauchet wird/ nicht zu verwerffen. 10) 10
Christianus Avianus *p. 1. prax. Eccles. pag. 91.* Publicè deprecantes erlangen ihrer Busse Zeugnüß/ werden vieler Christen Gebeths theilhafftig/ und können mit wahren Gewissen das hochwürdige Sacrament fruchtbarlich gebrauchen / & num. 7. ibi:

Publica deprecatio ist nützlich / daß es andern eine Warnung sey/sich für öffentlichen Sünden zu hüten/Dedekenn.
11 *Vol.I. Conf. Eccles. pag.896.* Gennadius Episcopus Marsiliens. *de dogmatibus Ecclesiasticis cap.53.* ait: Quem mortalia crimina post commissum delictum premunt, hortor prius publicâ pœnitentiâ satisfacere,& ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni (Ecclesiasticæ) sociari,non vult ad judicium & con-
12 demnationem Eucharistiam percipere. 12) Anton. Reiser in der kurtzen Biblischen Anweisung / wie es iedesmahl in der Kirchen GOttes mit der öffentlichen Busse etc. ist gehalten worden *p.143.* Weil GOtt der HErr hierauf selbst dringt/ und in öffentlichen Aergernüssen auch eine öffentliche Buß-Bekäntnüß erfordert / auch ohne dieselbe sich zur Versöhnung nicht verstehen wil/ so muß sich kein Mensch/ er sey auch wer er wil/eine besondere Freyheit einbilden / und sich unterstehen der Göttlichen Ordnung zu entziehen / er wolle denn sich den ewigen Zorn und Ungnade auf den Halß laden; zumahlen auch GOtt der HErr solches nicht ohne Ursach thut/sondern theils sein Absehen hat auf den Sünder selbst/ als welchem durch solche öffentliche Buß-Bezeugung/wann er mit eignen Munde seinen Sünden-Fall bekennet/eine mehrere Schamröthe ausgetrieben/und zugleich zu mehrer Betrachtung solcher seiner Sünde gebracht wird; theils aber auch auf andre/welche/wenn sie anders nicht alle Liebe zur Tugend und Erbarkeit verlohren/sondern noch eine ehrliche Ader/oder einige Blutstropffe wahrer Christlicher Liebe haben.

13 13) Politici insigniores pœnitentiam publicam non improbant, atque è re Regiminis Ecclesiastici esse argumentis deducunt, vid. Arnisæus *lib. 1. de Jur. Majest. cap.* idque ex scripto Gravellani *in Concil. Ratisb. Anno 1541.* nomine S. Majestatis Cæsareæ exhibito, apparet, in quo hæc verba;

verba: Als sol auch das öffentliche Büssen / so viel immer müglich/und besserlich seyn wil/wieder aufgerichtet werden/ daß die jenigen/so öffentlich gesündiget/und die Kirchen geärgert haben/zur Gemeinschafft der Kirchen nicht eher wieder aufgenommen werden/denn sie ihre Beichte gethan / ihr Unrecht erkant/ und darauf die Versöhnung von der Kirchen erlanget haben/und diese mit solcher Mässigung/welche diese Zeit zur Besserung leiden mag.

14) Hinc in terris Ecclesiarum Augustanæ Confessioni addictarum Constitutiones fere omnes in notoriis & scandalosis delictis publicam pœnitentiam sanciverunt *Const. Eccles. Coburgens. cap. 26.* Von der Kirchen disciplin, und öffentlichen Abbitte. Wie vielmehr wird nöthig seyn/daß/da eine gantze Kirche durch einen groben öffentlichen Sünden-Fall von iemand beleidiget/geärgert/und betrübet / derselben wiederümb eine öffentliche Abbite geschehe/ und das öffentliche Aergernüß durch öffentliche Zeichen der Busse wiederümb abgeschaffet werde. Es dienet auch diese Kirchen-Zucht darzu/ daß den groben Sünden / welche in dieser letzten Grund-Suppe der Welt eingerissen/gesteuret/und derer Personen/ so in solchen Sünden aus Trieb des Teuffels / und ihres sündlichen Fleisches gefallen / wahre Busse öffentlich hierdurch bescheiniget werde. 15) Tendit etiam pœnitentia Ecclesiastica ad deterrendum à simili facto alios, nam uti Cicero 3. offic. inquit, pœnis utimur contra delinquentes, ne quod posthæc committant ipsi, cæteri verò ad delinquendum tardiores sint 16) & sic respectu peccatoris conciliatio est actio seu virtus, respectu verò rituum & ignominiosorum solennium circa eandem observandorum est passio, & impropriè ac per accidens censetur pœna. Mevius *p. 4. decis. 357. n. 2.* vid. Keslcri *Theol. cas. conscient. c. 2.* & potius medicinalis,

 quàm

quàm mortalis dici poteſt. *c. 1. pr. de Sent. Excommunicat. in 6.*
17 vid ſupra *cap.3.n.34.* 17) quod eleganter exponunt Dnn. Theologi Lipſienſes, in reſponſo ad Dominos Conſiſtoriales Schvvartzburg. Ebelebienſes anno 1662. Die Kirchen-Straffe belangende / iſt bekant / daß der Chriſtlichen Kirche / eigentlich zu reden / keine andere Beſtraffung zukomme / als die durch das Ambt der Schlüſſel wider unbußfertige Sünder exerciret wird / und denn die in Chriſtlichen Kirchen eingeführete / öffentliche deprecation, oder Kirchen-Buſſe / welche doch nicht ſo wohl für eine Straffe / als eine reconciliation oder ausſöhnen mit der geärgerten Kirchen zu halten iſt / doch ſo es ins gemein für eine Straffe gehalten wird / auch auf gewiſſe Maſſe darfür kan gehalten werden. Cæterùm cur enormiter & publicè peccantibus ſatisfactiones Canonicæ fuerint impoſitæ, plura vide apud Chemnitium *in exam. Concil. Tridentini part.4. pag. mih.109.*
18 18) Quæ autem de neceſſitate publicæ pœnitentiæ dicuntur, non intelligenda ſunt de neceſſitate abſoluta, quaſi pars ſit converſionis, ſed de neceſſitate hypothetica, quatenus in
19 noſtris Eccleſiis uſu recepta, vel retenta eſt. 19) Quid ſi peccator ſeu criminoſus extremè contumax perſiſtat, & ſpretis omnibus admonitionibus à Miniſterio Eccleſiæ, vel Conſiſtorio factis, cum offenſa parte conciliari nolit, vel pœnitentiam publicè agere recuſet, quomodo cum eò procedendum?
20 20) *Reſpond.* omnia decenti cum moderatione & adhibitis gradibus pro animarum ſalute tentanda eſſe, antequam ad extrema deveniatur. Nam ſicuti in contumacia perſiſtentibus ſeveros nos eſſe convenit, ſic iterum humiliatis & pœnitentibus negare locum veniæ non debemus *can.8. cauſ. 2.*
21 *q.4.* 21) Fieri ſolet denunciatio è ſuggeſtu ac Eccleſia moneri, quò pro hiſce contumacibus orent, ut veram pœniten-
22 tiam agant, & tandem, 22) ſi laqueis Satanæ diſtenti, impœniten-

nitentes contumaciter perseverent, ad amovendum scandalum, venditio bonorum & migratio ex loco ipsis imponi & exilio, vel pro ratione circumstantiarum, relegatione puniri possunt 23) Judicium Dnn. Theol. Witteb. ad consult. Dnn. 23
Consistor. Schvvartzb. Ebelebiens. in prædicto casu latum d. 11. Decembr. 1670. in gratiam legentium lubet referre, ita autē Illi: Und solche Abkündigung kan auch invitis facinorosis illis & impœnitentibus geschehen/ andern zum Abscheu/ ihnen zur Besserung/ sonderlich also/ daß die Gemeinde gebeten/ und ermahnet wird/ für solche Person zu beten/ als die ins Teufels-Stricken gefangen gehet/ daß sich GOtt ihrer armen Seelen erbarmen/ und sie ümb Christi theuren Verdiensts Willen aus dem Rachen des Satans heraus reissen und zu sich bekehren wolle/ daß sie mit rechtschaffenen bußfertigen Hertzen ihre schwere Schuld erkennen/ und mit Gott und seiner Gemeinde ausgesöhnet/ als lebendige Gliedmassen seiner Kirchen ihm im Geist und in der Warheit mit andern froṁen Christen dienen können/ wie denn an etlichen Orthen unser Lutherischen Kirchen solche öffentliche Andeutungen und Vorbitten geschehen/ dadurch offt denen grossen Aergernüssen gesteuret/ uñ der verführten Seelen Errettung und Heil befordert wird/ und kan nach Befindung solche Ankündigung entweder mit ausdrücklichen Nahmen/ wie es sonderlich Z. H. halben wohl von nöthen wäre/ oder ohne Beneñung/ iedoch mit ziemlicher Beschreibung der Umbstände/ uñ begangenen Aergernüß geschehen/ welches alles aber ihr Hoch-Gräfl. Gn. und dem Gräfl. Geistlichen Consistorio anheim gestellet wird; Wie ingleichen noch übrig wäre/ daß sie wegen des beharrlichen Ungehorsams/ und Widersetzligkeit/ und der notorischen Verachtung des hochwürdigen Abendmahls/ sowohl der bißherigen excommunication, oder Ausschlüssung von dem-

 selben/

selben/und daraus entstehenden öffentlichen grossen Aergernüssen/sie zuder Kirchen-Busse vor dem Altar/vermöge der Gräfl. Schwartzburgischen Kirchen-Ordnung angehalten würden/wolten sie aber lieber das Land räumen/könte zwar ihnen solches gegönnet werden/und würde dadurch das Aergernüs so dann aufhören / es könte aber auf solchen Fall/ damit sie nicht in verstockten Sinne gelassen werden/ ihnen angedeutet werden/daß eine Zeit lang solche Gebets formular auf der Cantzel werde continuiret werden/ob sie dadurch in sich gehen und lieber von sich selbsten publicam deprecationem erwählen möchten / wäre aber bey ihnen die excommunicatio major bräuchlich / könte man sie gar darmit bedrohen / daß sie/und sonderlich der Mann dem Satan solten übergeben werden/zum Verderben des Fleisches/auf daß der Geist seelig werde/ 1. Corinth. 5. Denn es hat der Herr Christus von solchen öffentlichen unbußfertigen Sündern nicht ohne Ursach gesagt/ dic Ecclesiæ, sag es der Gemeine / höret Er die Gemeinde nicht/ so halt Ihn als einen Heyden und Zöllner / Matth. 18. und S. Paulus 1. Timoth. 5. 20. die da sündigen die Straffe für allen / auf daß sich auch die andern fürchten. Und kan auf einige Arth einer von dem Irthumb seines weges bekehret werden / so ist einer Seelen vom Tode geholffen/ Jac. 5. 20. die Andeutung der Gebeths Form könte etwa also eingerichtet werden : Es wird E. Christliche Liebe vermahnet / für N. N. oder für eine Persohn / die in den Stricken des Teuffels gefangen gehet / durch ihre Unbußfertigkeit diese Gemeine ärgert/ und in höchster Seelen Gefahr schwebet / zu Gott öffentlich und daheim zu seuffzen. Solches Falls aber konten pro concione zuvor die angeregten Ursachen/und Nutz von

solcher

solcher Vorbitt angedeutet werden/daß die Gemeine darvon informiret werden möge. Item *Theolog. Witteb. conf. Theolog. Witteb. p. 4. p. 50 responderunt.* Und da gemeldte Ursula sich der Kirchen-Busse bißhero geweigert; So wird sie mit derselben nochmahl billich angehalten / oder aber in mangel von der Weltlichen Obrigkeit/derer Ohrten nicht geduldet/
24) Similiter Dnn. Scabini Jenenses ad Consultationem Dnn. Consistorialium Svvarzburgicor.responderunt verbis: Aber den delinquenten darneben anbefehlen lassen/daß Er wegen eingeführter Aergernüs sich durch die gewöhnliche Kirchen-Buß mit der Christlichen Gemeinde zu Rottleben aussühnen solte/welchem also nach zukommen des delinquenten Eltern und Freundschafft/so wohl Er selbst versprochen/auch darauf in die Kirchen kommen / und die Absolution erlanget/hat Er nun solchem zu wider/nach geendeter Predigt/ als dem gewöhnlichen Gebrauch nach der 51. Psalm gesungen worden/ darbey mehr Leichtfertigkeit / als wahre Reu vermercken lassen / in dem Er nicht allein auf beschehene Erinnerung und Vermahnung sich vor dem Altar nicht gestellet/und in seinem gewöhnlichen Stuhl stehen blieben: sondern sich auch aus Halsstarrigkeit und Trotz/ wider beschehene Abhaltung/unter die andern Communicanten vermenget / auch da Er von dem Pfarrherrn abgewiesen / sich durch die Communicanten getrungen/ zur Kirchen hinaus gelauffen / und hierdurch vorige Aergernüß bey der Kirche noch mehr geheuffet: Alles nach fernern Inhalt des Pfarrers an Euch abgegangenen und uns zugefertigten schrifftlichen Berichts/ dessen er auch nicht auf beschehene Vorhaltung in Abrede seyn können/sondern geständig seyn müssen:. So wird er solches Muthwillens/Halßstärrigkeit/ 24
und

und gegebenen Aergernüs wegen nicht unbillich des Landes un
25 der Herrschaft verwiesen 25) Occasione jam relati consilii in-
cidenter quæritur; Num Uxor Maritum propter delictum, &
extremam pœnitentiæ Ecclesiasticæ recusationem conde-
mnatum & relegatum sequi debeat? Vel si nolit, an hoc exi-
lium, in quod maritus ob commissa delicta & sic propria
culpa mittitur, pro desertione malitiosa habendum, & conse-
quenter Conjuges, quoad vinculum conjugii, separari pos-
sint? Ad has quæstiones Dnn. Theologi Jenenses responde-
runt Anno 1659. Ad 1. Wann des Delinquenten Weib ihrem
Manne nicht gutwillig in das Exilium folgen wil/ so kan sie
nicht wider ihren Willen darzu angehalten werden/ iedoch
ist ad (2) solch des Delinquentens exilium noch zur Zeit
nicht pro malitiosa desertione zu halten/ sondern ob sie gleich
propter interveniens exilium, dem Orth und Liebe nach auf
gewisse Masse geschieden seynd/ bleibet doch beyderseits das
ehrliche Band fest/ und unverrückt/ es wäre denn/ daß auf
Seiten des Mannes in wehrendem Exilio, oder nachmahls
andere Umstände sich ereigneten/ die eine desertion arguiren
würden: Casus jam relatus contigit in puncto injuriarum,
secus si ob crimen adulterii maritus relegetur.

27 27) EFFECTUS Pœnitentiæ publicæ alius con-
sideratur, prout fuit *in Veteri Ecclesia*; alius, qui adhuc
28 *in Nostra* obtinet. 28) Olim pœnitentibus & in pœni-
tentia publica constitutis, & post actam pœnitentiam,
à conviviis, balneis aliisque delitiis, & voluptatibus e-
29 rat abstinendum, D. Meier *in laud. manuscript.* 29) Pœni-
tentes ab illo vitæ genere, in quo facilis occasio peccandi
30 dabatur, abstinere severè jussi sunt. 30) Nec verè pœnitens
dici potest, qui peccandi occasionem non abscindit, nec e-
vitat, Ziegler. *ad Lancell. Inst. Jur. Can. lib. 2. tit. 5. §. 5. pag. 549.*
& inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat,
c. ina-

c. inanis. 12. de Pœnitent. dist. 3. 31) Patribus Concilii Carthag. IV. 31
Can. 81. placuit, pœnitentes sepelire debere mortuos. 32) 32
Qui ob crimen aliquod in publica & solenni erant pœnitentia, nubere prohibebantur, nisi peracta pœnitentiâ. Sic statuit *Concil. Arelatense II. cap. 21. Leo I. Epist. 92. & c. 21.* Toletanum 5. c. 7. plures pœnas vide apud Beyerling *in magn. theatr. vitæ humanæ sub lit. P. de pœnitentia pag. 446.* 33) HODIE 33
cessat effectus quoad præcedentia, restituitur tamen pœnitens ita, ut ad ea, à quibus hactenus fuerat exclusus, iterum admittatur; 34) quippè exclusus fuit impius & criminosus 34
ab usu sacræ cœnæ & munere patrinatus, *cap. III. in fin. & cap. IV. n. 4. & seqq.* König *in cas. Cath. d. Baptismo cap. 19.* Ludov. Dunte *sect. post cap. 14. q. 11.* ita Concilii Parisiens. *lib. 1. cap. 34.* verba se habent: *Illos tamen in hoc capitulo specialiter ab his officiis removendos judicamus, qui pœnitentia sunt mulctati, videlicet, ut nec alios de sacri fontis baptismate suscipiant, nec ad percipiendum Spiritus sancti donum, aliorum patroni coram Pontificibus existant, donec per dignam pœnitentiæ satisfactionem, & reconciliationem mereantur.* 35) Peractâ enim pœnitentia cessat præ- 35
clusio 36) sicuti Dnn. Theologi Lipsiens. anno 1674. re- 36
sponderunt. Solte gedachter H. S. Sinnes werden/ (welches wir von Hertzen wüntschen/) und wolte sich bey dem hochwürdigen Abendmahl einfinden/ so hat der Herr Ambts wegen/ iedoch cum præscitu & approbatione Dn. Superintendentis vel Consistorii anzudeuten / daß weil er durch seine notorische Verstockung und Halßstarrigkeit die gantze Kirch-Farth sehr geärgert / so muß er auch publicè in der Kirchen depreciren/ welches auf nachfolgende Arth geschehen kan etc. hierauf kan er selbiges Tages neben andern mit zu dem Gebrauch des heiligen Abendmahls gelassen werden. 37) 37
Quoad alia non nocet pœnitentia Ecclesiastica, neque pœ-

 niten-

nitentiarius, qui humiliter egit pœnitentiam, repellitur à di-
38 gnitatibus Ecclesiæ *c. significasti 17. X. de homicidio.* 38) Et si pœnitentiarius restitutus fuerit ad famam, pro non pœnitentiario habetur, quoad omnis Juris effectum *DD. ad l. 1.*
39 *C. d. sentent. pass.* Farinac, *part. 2. decis. 21. n. 2.* 39) Jure tamen Canonico pœnitentia peracta, adultera non sic dici debet, cujus pœnitentis crimen divina creditur miseratione deletum, ideo maritus uxori adulteræ ignoscere debet *c. quod autem 7. caus. 32. qv. 1.* nec erit turpis, neque difficilis etiam, post perpetrata atque purgata adulteria reconciliatio conjugum, ubi per claves regni Cœlorum non dubitatur fieri re-
40 missio peccatorum *c. non erit 8. caus. 32. q. 1.* 40) Olim Clericus publicè & solenniter pœnitens ad Clericatum & sacros ordines inhabilis reddebatur, & deponebatur h. e. ordine suo excidebat, atque in laïcorum numerum detrudebatur Orig. *lib. 3. contra Celsum* Astesan. *in summa d. cas. consc.* Ovid. c. 7. X. de Pœnit. & Remiss. & supra capite 3. n. 17. & seqq. Dn. Ziegler. *ad Inst. Jur. Can. Lancell. lib. 1. tit. 21. §. 13. lib. 5. tit. 35.* Angelus de Clavasio *in summa cas. consc. in voc. pœnitentiæ.* Vagnereck *in Comment. Jur. Can. ad cap. 7. X. de Pœnit. & Remiss.* Vallensis
41 *parat. Jur. Can. tit. 38.* vide supra *cap. 3. n. 17.* 41) Hodie tamen Clerici non tam propter pœnitentiam publicam peractam, quam ob crimina, ob quæ degradari possunt, à Clericatu re-
42 pelluntur. Binchius *in remed. Impietat. p. 180.* 42) id quod declarant eleganti præjudicio Dnn. Theologi Lipsiensium ad Consultationem Dnn. Consistorialium Stolbergens. Anno 1672. Ist ermeldeter Pfarrer / wegen der mit seinem Weibe ausser der Ehe verübten fleischlichen Unzucht / vermöge des darüber eingeholten Urtheils / seines Pfarrdienstes entsetzt / und das hierüber ihm zuerkante Gefängnüß von der Gräfl. Herrschafft in die gewöhnliche Kirchen-Busse verwandelt worden / er hält aber anitzo an / daß ihme vor einen und den

andern.

andern zu predigen/die Cantzel möge geöffnet/ und also das exercitium concionandi freygelassen/er auch endlich bey Gelegenheit/wieder befördert werdē möchte. Ob er nun wohl durch den begangenen Fehler groß Aergernüß gegeben / dennoch aber und die weil er die geschwängerte geheyrathet / auch nicht gäntzlich degradiret, und durch die öffentliche Kirchen-Busse mit der Christlichen Gemeine wieder ausgesühnet ist/ so seynd die Herren ihme auch das exercitium concionandi zu verstatten / und bey ereigneter vacantz ihm anderweit zu einen Pfarrdienste / iedoch umb Vermeidung Aergernüsses ausser dem Orthe / da der Fall geschehen/ zu befördern befugt/ V. R. W.

43) Hinc facilis est responsio ad quæstionem, an illi, qui pœnitentiam publicam egerint, pro infamibus habendi. Quamvis publicè pœnitentes quodammodo esse infames & ideò ad testimonium non admittendos statuant, Mascard. *d. Probat. vol. 4. conclus. 1363. n. 35.* Speculator. *lib. 1. part. 4. tit.* de teste §. *opponitur autem 1. n. 85. ibi item publicè pœnitentes* Berlich. *part. 2. decis. 299. n. 4.* Attamen contrarium verius, ob poenitentiam publicam neminem infamari. Non enim quis pro infami reputatur, nisi hoc autoritate legum fiat, vel quis in eam causam incidat, quæ edicto perpetuo infamiæ causa enumeratur *l. 5. §. 1. & 2. ff. de Extraord. cognit.* Ideo si ejusmodi delictum præcesserit, quod infamet & propter hoc imposita sit poenitentia publica; tunc, licet per pœnitentiam de crimine emendati dicantur, eos tamen comitatur infamia, ex genere poenæ & delicti per sententiam declarati, *c. infames 2. §. porrò causa 3. q. 7.* 44) Quemadmodum in secularibus negotiis non ipsa poena, sed causa poenæ scil. famosum delictum reddit infamem, l. 16. *Ex quibus causis infam. l. 22. ff. de his in notant. infam.* D. Richter *part. 5. cons. 22. n. 8.* nec per poenitentiam purgatur perjurium. Fa-

 bricius

45 bricius ad Mynsing. *cent.3. observ.58.* 45) Ita Ecclesiastica poenitentia infamat tantùm per accidens, ob famosum cri-
46 men. 46) Ord. Sax. Eccles. Vinar. *cap.28.* Demnach diese Handlung / da sich ein gefallener Sünder zur öffentlichen Busse und Versöhnung mit Gott/und der Christlichen Gemeine begiebet/ von der bösen Welt fast für eine besondere Schmach und Schandfleck/so den büssenden Sündern angehenget werde / geachtet wird/ derowegen auch viel/ so zur Bekehrung und Besserung geneigt / hierob nicht einen geringen Abscheu tragen 2c. porrò daß Sünde thun vielmehr eine grosse Schande/und Unehre für Gott/ und allen lieben Christgläubigen sey / welche Gott auch mit zeitlichen und ewigen Straffen heimzusuchen pfleget/hingegen die Sünde bekennen/mit ihm und seiner Gemeine sich vereinigen/nicht allein keine Schande / sondern vielmehr eine Ehre sey / 2c.
47 47) Tandem Q. an etiam ob poenitentiam Ecclesiasticam peractam, remittenda vel mitiganda sit poena carceris? Affirmativam Carpzov. *p.2. qu.69.n.55.* ne scil. pro unico delicto duplex imponatur poena, & quod illa poenitentia Ecclesiastica, quâ delinquens publicè in templo coram altari se sistere & delictum & scandalum per id datum deprecari cogitur, major & gravior habeatur poenâ carceris, adeoque hanc ceu minorem absorbeat, & ita responsum fuisse apud Dominos Lipsienses. Verùm Negativa verior videtur, supra enim *cap.4.n.* 2.3.4.5. pluribus deductum est, duplicem poenam omnino posse statui, ubi duplex sit finis, videatur Ipse sibi contrarius Carpzovius *lib.3. Jurispr. Consi-*
48 *stor. tit.7.def.94.* Neq; dici potest, quod sit Ecclesiastica major in se considerata poena, sed potius est reconciliatio cum of-
49 fensa Ecclesia. 49) Licet enim quis in foro interiori animæ seu conscientiæ absolutus fuerit, attamen in foro exteriori seu judiciali ejusdem criminis accusari potest, cum
prior

prior criminis examinatio, ad poenitentiam & satisfactionem divinæ offensæ fiat, posterior verò necessaria sit ad publicam vindictam & Reipublicæ satisfactionem, ideo nec publica poenitentia impedit criminis accusationem, nam poenitentia criminis tantùm in foro animæ operatur remissionem, non autem tollit exterioris judicii poenam, nec jus accusandi illud crimen in foro exteriori. 50) Concedimus 50.
autem Carpzovio, justas ob rationes certasque circumstantias carceris poenam posse mitigari. *c. Felicis. s. §. per hoc quoque secularibus potestatibus non adimimus facultatem utendi legibus, quas catholici Principes ediderunt: de Pœnis in 6.* Covarruvias *Tom. 1. cap. 16. n. 26. & Tom. 2. Variar. Resol. lib. 2. cap. 10. n. 3.* D. Mollenbec. *divis. jurid. centur. 3. div. 86. n. 1.*

CAPUT VII
& Ultimum, complectens
Affinia & Contraria.

SUMMARIA.

I. Affinia sunt Pœnæ & Censuræ Ecclesiasticæ. II. Opera Satisfactoria & humilitatis. III. Tria sunt ex mente Pontificiorum: Oratio, Jejunium & Eleemosyna. IV. Sub Oratione quænam comprehendantur. V. Ad Jejunium revocant omnia ea, quæ corpus affligunt, VI. Quænam sub Eleemosyna. VII. Pontificii per modum meriti & satisfactionis hæcce considerant, cùm tamen ex parte nostra nihil omninò sit, quod promereri aliquod bonum spirituale possit. IIX. Theologi protestantes Orat. Jejun. & Eleemos. non improbant, sed satisfactoria esse negant, IX. Jejunium non per se præceptum divinitus, nec cultus Dei, sed tantùm adminiculum pietatis. X. Quamvis satisfactio compensatoria nobis sit impossibilis, attamen satisfactio emendatoria nobis à Deo est præcepta. quæ fit, cùm seriam agimus pœnitentiam, desistimus à malo, & facimus bonum. XI. Inter pœnarum Canonicarum species suprema est

Degradatio XII. Quæ dispescitur in verbalem & realem; Illa continet lationem sententiæ. Hæc sententiæ latæ executionem. XIII. Quid sit, XIV. Quando ista degradatio fit, solent de Jure Canonico certa adhiberi solennia, de quibus Bonifacius IIX. Pontifex in cap. 2. X. d. pœn. in 6. XV. Hoc ritu observato sacris fuerunt exautorati Bruxela professionis Augustanæ Monachi duo; historia refertur. XVI. Apud protestantes hæ degradationis solennia ulterius non obtinent. XVII. Depositio quid sit. XIIX. Est & Interdictum, quo Clericis interdicitur, ne divina officia celebrent. XIX. Quid suspensio. XX. Memorabilis casus refertur, ubi Canonicus Junior Decanum capituli injuriis gravissimis lacesserat; responsum Amplisf. Facultatis Juridicæ Jenensis. XXI. Carcere quandoque ministri Ecclesiæ mit Priesterlichen Gehorsam/ puniuntur. XXII. De Jure Canonico etiam est Carcer Pœnitentialis. XXIII. Cui similis est detrusio in Monasterium, quod dicitur septa clausura. XXIV. Sacerdos, qui peccatum in pœnitentiali judicio sibi detectum revelare ausus fuit, non solùm à sacerdotali officio deponendus, verùm etiam ad agendam perpetuò pœnitentiam in arctum monasterium detrudendus est. XXV. Quid jure Iustinianeo? exemplum est in Adultera. Nov. 134. XXVI. Pœnis Ecclesiasticis porrò annumeranda est Excommunicatio, quæ est duplex Major & Minor: quare anathema vocetur. XXVII. Quid Major. XXVIII. Quid Minor. XXIX. Varii sunt Effectus Excommunicationis. XXX. Non immeritò Mœstertius sollicitat, quod de jure Canonico excommunicatus non solum procuratorio, sed nec proprio interesse nequeat Judicio. respondetur dubiis. XXXI. Nec statim, ob quæ peccata quis excidit Ecclesia, excidit etiam Republica. XXXII. Hodie ad contractus quidem aliaqua intra exercenda admittitur, sed ab honestis & publicis generalibus excluditur. XXXIII. Si quis pœnas & censuras Ecclesiasticas contemserit, quòd de Jure Canonico Episcopus pro executione brachium Seculare implorare queat. XXXIV. *Contraria* sunt indulgentia, Taxa pecuniaria, Conversio in Mulctam & remissio. XXXV. In veteri Ecclesia, quando aliquid ex impositis satisfactionibus remittebatur

batur, dicebatur Indulgentia, quæ tamen toto cœlo â Papalibus Indulgentiis differt. quare facta fuerit. XXXVI. Benè Apologiæ Auguſtanæ Confesſionis. XXXVII. Succesſerunt poſtea redemptiones ſeu commutationes publicarum ſatisfactionum transſcribuntur. quædam ex pœnitentiali Romano. XXXVIII. Olim in anno centeſimo ſeu Jubilæo ad Romanas Baſilicas Petri & Pauli reverenter, verè pœnitentibus accedentibus pleniſſima omnium peccatorum remiſſio concedebatur; qui annus poſtea ad annum 50. & denique ad annum 25. reductus eſt. XXXIX. Orta eſt Taxa pœnitentiaria. XL. Loca in Simonia Curiæ Romanæ & Taxa Romana allegantur. XLI. Q. Num liceat pœnitentiam Eccleſiaſticam convertere in pœnam pecuniariam? Negatur. Esſet enim illud contra primævam pœnitentiæ publicæ inſtitutionem. XLII. Mulctâ non ſatis fit Eccleſiæ, neque ſcandalum aboletur. XLIII. Cui ſententiæ adſtipulantur Orthodoxi Theologi; Balduinus, Keslerus, Binchius, Rebhan, quorum verba referuntur. XLIV. Deprecationem publicam iis in locis, ubi recepta eſt, in mulctam haut eſse convertendam ex numero JCtorum tradunt Drebker, Beſold. Philippi. XLV. Et eo Electoris Saxonici Reſolutio gravaminum de anno 1661. XLVI. Nil obſtat, 1. quod in contrarium movetur, in pœnalibus arbitrium Judicis eſse ſalvum. XLVII. 2. quod obſervantiæ ſit, Conſiſtorium ita arbitrari. XLVIII. 3. Sententiam in Electorali Saxonica Synodali de anno 1624. eſse receptam, & in Supremo Conſiſtorio Dresdenſi præjudiciis eſse firmatam, teſte Carpzovio. XLIX. 4. Quod quicunq; habet poteſtatem imponendi pœnitentiam Eccleſiaſticam, is etiam habet poteſtatem eandem abrogandi, diminuendi vel in mulctam convertendi. L. 6. quod etiam per pœnam pecuniariam ſcandalum Eccleſiæ datum avertatur, cùm omnibus innoteſcat, pœnitentiâ ita fuiſse punitum. LI. 7. concurrit favor piorum locorum. LII. 8. nec modus iſte procedendi cum pœnitentia Eccleſiaſtica in ſacris literis unquam eſt expreſsus. LIII. Reſpondetur ad objectionem 1. diſtinguendas eſse cauſas Civiles & Criminales, Politicas & Eccleſiaſticas. Sicuti in rebus Civilibus partis jus in actione radicatum

Judex.

Judex tollere nequit; ſic parili ratione multo minus Magiſtratus Eccleſiæ deprecationem, quam ipſi Criminoſus debet, tollere vel pro ea multam ærario tribuere poteſt. LIV. Ad 2. Arbitrium Jura Canonica ad talem cauſam reſtringunt, quæ ipſum Delictum minuit. LV. ad 3. 4. & 5. quamvis Magiſtratui Seculari liberum ſit, ritus pœnitentiæ publicæ pro ratione circumſtantiæ alterare, nulla tamen ratione fundatum eſt, quod Eccleſiæ reconciliatio adimatur, cum de jure divino & naturali jus quæſitum auferri nequeat. Reſpondetur ad allegatum Synodale Decretum Electorale Saxonicum. LVI. Negatur aſsertum, per rationes. LVII. Iſtius regulæ eſt exceptio, niſi urgentiſſimæ cauſæ, quæ tamen in conſequentiam non trahendæ, Magiſtratum Eccleſiaſticum moveant. LVIII. Si Conſiſtorium vel Judex, penes quem eſt Jurisdictio Eccleſiaſtica, impoſuiſset alicui pœnitentiam publicam, illam autem poſtmodum ob prægnantem cauſam convertiſset in pœnam pecuniariam, Q. Num iſta pecunia, loco deprecationis data, ſpectet ad Conſiſtorium, vel ad Judicem ſecularem ejusque ærarium? Reſpond. regulariter ad Judicem ſecularem. LIX. Niſi conſuetudine vel ſtatuto aliud obtineat, eam in rem profertur ſententia Regiminis Saxo Jenenſis. LX. An autem pecunia iſta Eccleſiæ ſolvenda, an in Eleemoſynam convertenda? Reſp. Epiſcopus non ipſe debet lucrari pecunias, ſed eas in utilitatem Eccleſiæ convertere, vel dividere illas. LXI. Q. An Princeps Jura Epiſcopalia poſſidens & exercens, pœnitentiam publicam delinquenti remittere poſſit? Affirm. modò non faciat absque graviſſima ac ſufficienti cauſa, & modò crimen perpetratum non ſit ex numero eorum, quorum pœna vindex eſse debet lege divina & æterna. LXII. Sententia Rebhanii. LXIII. Judicium Dnn. Theolog. Lipſ. allegatur. LXIV. Tunc quoq; pro pœnitentia habetur, quæ ſit actu quodam publico, quando delinquens in teſtimonium actæ pœnitentiæ monumenta quædam erigit. LXV. Reſponſum Facultatis Theologicæ Lipſienſis. LXVI. An reſtitutio in integrum per viam gratiæ adverſus ſententiam pœnitentiam publicam imponentem habeat locum? Diſtingv. LXVII. Sæpius etiam tales caſus occurrunt, in quibus publicæ pœni-

pœnitentia à delinquente peragi non possit, ut si sit captivus, & in carcere inopinatò moriatur. LXVIII. Vel si delinquens in peregrinas proficiscatur regiones, & ad locum delicti commissi reverti impediatur. LXIX. Si quis in tali loco scandalosum commisisset delictum, & degat, ubi publicum veræ ac salvificæ religionis exercitium non habetur, LXX. Ultimò refertur Casus quidam.

Pœnitẽtiæ Ecclesiasticæ 1) AFFINIA sunt POENÆ & CENSURÆ ECCLESIASTICÆ, per quas 1
non solùm interdicti, sed etiam suspensionis & excomunicationis sententia potest intelligi, juxta *c. 20. X. de verb. Sign. c. 17. cap. 24. q. 3.*) Item Opera Satisfactoria & Humilitatis 2) quæ Canonistæ & Pontificii excogitarunt, & vel
spontè suscipiuntur; vel à Sacerdote imponuntur ad Deum 2
pro avertenda pœna temporali placandum, Bellarminus *lib. 4. d. pœnitent. c. 6. pag. 1931.* & sunt juxta eorum mentem 3) *Tria*, scilicet *Oratio*, *Jejunium* & *Eleemosyna*; cur autem hæc tria
præcipue statuantur, vide duas causas apud Bellarminnum 3
cit. loc. 4) Sub Oratione comprehenduntur non modò pre-
ces vocales, sed etiam pia desideria, sancta proposita, me- 4
ditationes mentales, actus contritionis, gratiarum actiones, opera omnia misericordiæ spiritualia &c. 5) Ad Jejunium
revocant Pontificii ea, quæ corpus affligunt, & concupiscen- 5
tiæ carnis repugnant, ut Cilicia, Cineres, Vigiliæ, Flagellationes (de Secta flagellantium vid. Prateum *in Elench. hæret. pag. 183.* quemadmodum hi modi expiandi peccata verbo DEI adversentur, docet D. Gerhard *confess. Catholic. lib. 2. p. 2. art. 10. cap. 5.*) & Peregrinationes ad terram sanctam aliaque loca religiosa, Das Wallfarten / (quas superstitiosas planè esse & idololatricas ostendit, *Petr. Molineus singul. tr. d. Peregrination*, præsertim quando meritorias eas faciunt Pontificii. Ziegler *ad Lancell. Instit. Jur. Can. lib. 2. tit. 16. §. 16. pag. 494.*) Ejusmodi Peregrinantium plurima exempla in prom-

S ptu

ptu sunt; Sic Offa Merciorum Rex expiandorum scelerum
causa, Romam profectus, Hadriano I. regnum suum vecti-
gale fecit, Polydor. *lib.* 4. Et Fratricida quidam ab Episco-
po jussus est pœnitentiæ loco septem annos ad loca sancto-
rum peregrinari, Gregorius Turonensis *de gloria Confess. c.* 87.
Expugnato Vitriaco castro â Ludovico Francorum Rege
anno M.CCC. in Ecclesia diversi sexus & ætatis homines
cremati sunt. Quo facto motus Rex terram sanctam pœ-
nitentiæ & precum causa adiit, ubi integrum substitit an-
num, Beyerling. *sub lit.* R. 6) Ad Eleemosynam non tan-
6 tùm largitio pecuniæ, sed etiam visitatio infirmorum alia-
que opera misericordiæ corporalia spectant, Petr. a S.
Joseph. *summul. casuum. consc. opusc.* 2. *part* 2. *cap.* 2. 7) Equi-
7 dem Pontificii per modum meriti & satisfactionis hæcce
considerant, cùm tamen ex parte nostra nihil omninò sit,
quod promereri aliquod bonum spirituale queat. D. Zie-
gler *ad Lancellott. Instit. Jur. Canon. lib.* 2. *tit.* 5. §. 12. 8) Theo-
8 logi Protestantes Orationem, Jejunia & Eleemosynam
non improbant, sed in nostris etiam Ecclesiis inculcant,
non autem habent pro operibus meritoriis & satisfacto-
9 riis, sed dicunt debita & requisita ad novitatem, vitæ 9)
Nam Jejunium non est per se præceptum divinitus, nec
cultus Dei, sed tantùm adminiculum pietatis & signum
humiliationis coram Deo, Ziegler *ad Instit. Lancell. lib.* 2.
10 *tit.* 4. §. 3. *in not. pag.* 336. 10) Et quamvis satisfactio com-
pensatoria nobis sit impossibilis, quæ â Christo pro nobis
præstita pro omnibus peccatorum nostrorum meritis, atta-
men satisfactio emendatoria nobis â Deo est præcepta, quæ
fit, cum seriam agimus pœnitentiam, desistimus â malo &
11 facimus bonum, & tunc voluntati Dei obedimus. 11) Cæ-
terùm inter pœnarum Canonicarum sive Ecclesiasticarum
species suprema est DEGRADATIO, Clar. *lib.* 5. *sentent.* &

fin.

fin. qv. 74. ab init. 12 .) quàm dispescunt in *verbalem* 12
& *realem*, Gail. *lib. 1. c. 1. n. 23. d. pac. publ.* Illa continet
lationem sententiæ. Hæc sententiæ latæ executionem;
13) & est, quando Clericus ob grave aliquod flagitium da- 13
mnatus non solùm dignitatibus ac honoribus, verùm etiam
ordine, & privilegio per detractionem insignium & vesti-
um sacrarum &c. realiter privatur. Canisius *summ. Jur. Canon.
lib. 3. tit. 22. §. 7.* deinde potestati seculari puniendus traditur
Reinking. *de Regim. Sec. & Eccles. lib. 3. Class. 2. c. 14. n. 11.* 14) Quando 14
ista degradatio fit, solent de Jure Canonico certa adhiberi
solemnia, de quibus ita Bonifacius IIX. Pontifex rescripsit
Biterensi Episcopo *in cap. degradatio 2. X. de pœn. in 6to. Clericus degradandus vestibus sacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud instrumentum seu ornamentum ad ordinem suum spectans, ac si deberet in officio suo solenniter administrare, ad Episcopi præsentiam adducatur: Cui Episcopus publicè singula, sive sint vestes, calix, liber, seu quævis alia, quæ illi juxta morem ordinandorum Clericorum, in sua ordinatione ab Episcopo fuerint tradita seu collata, singulariter auferat, ab illo vestimento seu ornamento, quod datum vel traditum fuerat ultimò inchoando, & descendendo gradatim degradationem continuet usque ad primam vestem, quæ datur in collatione tonsuræ, tuncque radatur caput seu tondeatur, ne tonsuræ seu Clericatus vestigium remaneat in eodem. Poterit autem Episcopus in degradatione hujusmodi uti verbis aliquibus ad terrorem illis oppositis, quæ in collatione ordinum sunt prolata, dicendo Presbytero hæc vel similia verba in remotione planetæ: Auferrimus tibi vestem sacerdotalem, & te honore sacerdotali privamus: Sicque in remotione reliquorum insignium similibus verbis utens in ablatione ultimi, quod in collatione ordinum fuit primum, infra scripto, vel alio simili modo pronunciet sive dicat: Auctoritate Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus Sancti ac nostra tibi auferimus habitum Clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus & exuimus Te omni*

S 2 *ordi-*

ordine, beneficio & privilegio clericali, vid. Petr. Gregor. *Syntagm. Jur. univers. lib. 31. c. 30. n. 8.* Speculat. *lib. 3. d. accusat. §. 2. n. 4.*
15 Laurentius Ohm *de Jure Episcopali th. 18. lit. g.* 15) Hoc ritu observato sacris fuerunt exautorati Bruxellæ professionis Augustanæ Monachi duo, *Johannes & Heinricus*, teste Schleidano *comment. d. Stat. Relig. lib. 4.* ubi ita: *Quæstionem habuit Hogostratus Dominicanus, inter alios. Rogati sunt primùm, ecquid crederent? Illi, Veteris & Novi Testamenti libris, & Apostolorum symbolo, quod fidei capita continet, iisq; quæ cum scriptura consentiant credere se dicunt, Putentne peccatum esse mortale, si quis Patrum & Pontificis Romani decreta violet? Solis Præceptis divinis hoc esse tribuendum, ut absolvant aut condemnent. Cum in eo persisterent, damnati sunt capitis: ipsi verò gratias agebant Deo, quod pro sui nominis gloria perferendum aliquid esset. Qvum producerentur, omnium oculos in se constantia sua convertebant: itaque, fuerunt ex-*
16 *usti Calendis Julii.* 16) Apud PROTESTANTES hæc degradationis solemnia ulteriùs non obtinent, nec ferè ulla alia in depositione & suspensione adhiberi solet moribus hodiernis peculiaris solemnitas, teste Carpzov. *lib. 3. Jurisprud. Consistorial. defin. 117. n. 9.* Magnificus Dn. Struve *in Jur. Sacr. Justinian. p. 224.* Math. Colerus *p. 2. d. processu Executivo c. 3. n. 166.*
17 *& seqq.* 17) DEPOSITIO, quæ & verbalis degradatio dicitur, nihil aliud est, quàm perpetua remotio ab administratione sacrorum & altaris, differt autem depositio à degradatione, quod illa clericum à Jurisdictione & potestate Judicis Ecclesiastici non eximat, neque privilegiis & immunitatibus clericalibus spoliet, sed in degradatione omnia illá amittuntur, Reinking. *de Regim. Sec. & Eccl. lib. 3. cl. 2. cap. 2. n. 13. & 15.*
18 18) INTERDICTUM, quo Clericis interdicitur, ne divina officia celebrent, aut sacramenta administrent *c. 16. d. sen-*
19 *tent. excommunic. in 6.* 19) SUSPENSIO, quæ est inferior seu minima censura Ecclesiastica qua Clericus, ob delictum commissum

missum poenæ loco ad tempus ab officio suspenditur *c. inter*
solicitudines X. de purgat. canon. Johann de Lignan. *tractat. d.*
censur. ecclesiast. divid. tract. d. Suspens. c. n. 3. & ad tempus pro
ratione delicti interdicitur Clericis functione sua, ob exces-
sus delicta & errata, *c. transmissam 15. X. de Elect. & Elect. potest.*
ob inobedientiam & culpam *c. delicta 12. de Major. & Obed.*
c. quoniam 9. X. de vita & honest. cler. qualia sint, apud Cano-
nistas videri potest Martin Bonacina *in Theolog. Moral. Tom.*
3. Disp. 3. 20) Benè merentur memorari ea, quæ habet Ma- 20
gnificus Dn. Struv. *Dissertat. Criminal. 14. th. 8.* notabilem refe-
rens casum, ubi Canonicus junior Decanum Capituli injuriis
gravissimis lacesserat, ab Amplissima Facultate Juridica Je-
nensi quæsitum & responsum fuit: Ob nicht / da der Herr
Decanus Capituli so gar gröblich an seinen Ehren verleum-
det wird/und solches Ihm in Ewigkeit nicht kan überbracht
und erwiesen werden/dieser zancksüchtiger Calumniant, den
Rechten und Billigkeit nach / à residentia & perceptione
fructuum Canonicatûs, pendente illâ famosâ actione zu sus-
pendiren / biß die Sache per definitivam erörtert? Und ob
nicht ad petitionem Decani Rever. Capitulum solch Decre-
tum suspensionis, vel quid gravius, tanquam in causa noto-
riâ & manifestâ ohne weiter Verhör abzusprechen befugt sey?
Und darüber unser Rechtliches Bedencken begehret worden.
D. V. W. n. f. b. e. v. R. Ob wohl Titius anführen möchte/
daß ehe causæ cognitio vorgangen/und Er genugsam gehö-
ret/nichts wider Ihn anzuordnen sey / dennoch aber und
dieweil legitimæ suspensionis causæ notoriè vorhanden/und
Rechtlicher Verordnung nach causâ nondum planè cognitâ
& lite pendente aus gewissen Ursachen die suspension er-
gehet/so wird oberwehnter Titius à residentia & perceptione
fructuum Canonicatûs pendente ista famosa actione, biß die

Sache erörtert/ billich suspendiret / und ist Reverendum Capitulum auf Ansuchen des Decani, dem Titio sein Verbrechen vorzuhalten / und darauf ohne weiter Verhör das Decretum suspensionis zu ertheilen wohl befugt/ V.R.W. Cujus responsi rationes decidendi expressæ dicto lo o leguntur.

21 guntur. 21) Huc refer carcerem quando Ministri Ecclesiæ mit Priesterlichen Gehorsam puniuntur, si vel remotionem totalem nævis levioribus non meruerint, vel de emendatione nondum admoniti fuerint, Carpzov. *I.P.Consist. lib.3. tit.10. defin. 113.* ne crimina impunita remanere debeant *l.14. C. d. pœn. l. in delictis ff. d. noxalib. action.* & ita Consistorium Supremum Dresdense in causa Judithæ Antonii K. zu L. contra den Diaconum zu Z. Ambrosium. F. anno 1618. respondit: Und wird hierüber/ daß Er mit dem heiligen Ehestande so leichtsinnig gehandelt hat/ andern zum Abscheu mit Priesterlichem Gehorsam und fernern Vorbehalt billich gestrafft.

22 22) De Jure Canonico etiam CARCER POENITENTIALIS *c. quamvis 3. de pœnis in 6. c. divinis exemplis in fin. Extravag. Commun.* Joachim Stephani *Instit. Jur. Canon. lib. 3. c.7. n.6.* decernitur, quando de delicto vel confessi vel convicti, (eorum excessibus & personis cæterisque circumstantiis provida deliberatione pensatis) in perpetuum, vel ad tempus carceri manicipantur ad pœnitentiam peragendam, isque est vel sine carena, vel cum carena, quæ est commestio panis & potus aquæ ad certam mensuram & certum tempus *c. accusasti. 8. X. de Accusat.* qui panis doloris & aqua angustiæ dicitur. *c. novimus 27. X. d. Verbor. Signif.* Sic Hæretici, si ad agendam condignam pœnitentiam redire noluerint, ad perpetuum carcerem condemnantur. *c. excommunicavimus. 15. in fin. X. de Hæreticis.* Hæc pœna perpetui carceris æquiparatur morti, Bald. *in l. imperium. de Jurisdict. omn. Judic.*

Innocent. in c. qualiter & quando de accusat. 23) Cui similis est DETRUSIO IN MONASTERIUM, *c. duo X. de Pœnis.* quod dicitur septa clausura, quam quis non egreditur sine licentia Abbatis *l. 29. C. d. Episcop. & Cler* 24) Sic Sacerdos, qui peccatum in pœnitentiali judicio sibi detectum revelare ausus fuit, non solùm à sacerdotali officio deponendus, verùm etiam ad agendam perpetuò pœnitentiam, in arctum monasterium detrudendus est, *c. omnis utriusque 12. in fin. X. de pœnit. & remiss.* Ungebauer, *ad cit. tit. n. 7.* Lancellott. *Instit. Jur. Canon. lib. 2. tit. 5. §. 9. ibique* D. Ziglerus in notis, mirum, id apud Pontificios haberi pro poenâ, quod partem faciunt pietatis. De his & aliis, quæ passim in Jure Canonico reperiuntur Clericorum poenis vid. CC. itemReinking. *d. Reg. Sec. & Eccles. lib. 3. cl. 2. c. 2.* Zangerus *de except. part. 2. c. 1. n. 222. & seqq.* 25) Iure Iustinianæo certum est, multos etiam pœnæ causa in monasterium detrudi sive mitti, ut ibi pœnitentiam agentes peccata sua deleant, ibi vel perpetuo, vel ad tempus manentes Rittershus. *ad Novell. part 1. cap. 6. n. 43.* exemplum est celebre in Adultera, *Novell. 134. cap. 10* eandem quoque pœnam sustinebant Conjuges malitiosè semet deserentes, seu repudium sine justa causa mittentes, *Novell. 117. cap. 12.* itidemque Conjuges mutuo saltem consensu recedentes *Nov. 134. cap. 11.* 26) Pœnis Ecclesiasticis porrò annumeranda est EXCOMMUNICATIO, quæ secundum Canones duplex Major & Minor, 27) Major est censura seu pœna Ecclesiastica, qua membrum Ecclesiæ ob justam causam per ministrum Ecclesiæ à toto corpore Ecclesiæ Iuribusque ac beneficiis, ratione istius competentibus abscinditur, & à communione fidelium planè excluditur, *c. omnis 11. qu. 3.* & hæc idcirco anathema, hoc est æternæ mortis damnatio dicitur, & non nisi pro mortali crimine imponi debet illi, qui aliter non potuit corrigi. *c. nemo Episcopum*

23 24 25 26 27

28 *scopum 11. quæst. 3.* 28) Minor Excommunicatio est, qua quis à perceptione Sacramentorum salvo hominum commercio arcetur, *c. pen. X. d. Sentent. excomm. c. 10. X. d. Judic.* Magnif. D. Struv. *d. Banno. Ecclesiast. & Secular. dissert. criminal. 15. th. 14.* Joachim Stephani *lib. 3. Instit. Jur. Can. c. fin. n. 12.* Lehman. *Chron. Spirens. lib. 2. cap. 34.* Alexander Chassaneus *parat. in lib. Decret. p. 486. add.* D. Johan. Tobias Major *de potestate Clavium §. 27.* quo respiciunt verba in der F. M. K. O. *cap. 22. §. 5.* Daß der Bann sey eine Ausschiessung der Verstockten und Halßstarrigen Sünder aus der Christlichen Gemeine / und eine übergebung dem Satan zum verderben des Fleisches/auf daß der Geist seelig werde.

29 29) Varii sunt effectus istius Excommunicationis, qui sigillatim à Magnifico Dn. Struv. *dissert. crimin. 15. th. 28.* & à Petro à S. Joseph. *summul cas. conscient. in cap. 2. art. 1. & seqq.* explicantur, scilicet quod eâ innodatus privetur usu tam passivo quàm activo Sacramentorum, privetur communibus Ecclesiæ suffragiis, quæ scilicet à Clericis offeruntur pro fidelibus nomine Ecclesiæ, nec possit divina officia celebrare, vel iis interesse; privetur Ecclesiastica sepultura, reddatur inhabilis ad beneficia Ecclesiastica; privetur fidelium conversatione; & omni communicatione forensi, ita scilicet, ut nequeat esse Judex, Procurator, Actor, aut Testis etiam in Civilibus, & quod excommunicatus de Jure Canonico non solùm procuratorio nomine Judicio interesse nequeat, verùm etiam nec proprio, Lancellott *Instit.*
30 *Jur. Canon. lib. 3. tit. 2. §. 13.* 30) Quod ipsum non immeritò sollicitat Jacob Mœstertius *d. Just. Roman. legum lib. 2. c. 18. n. 7.* ex eô, quod Pontifex hac ratione falcem miserit in messem alienam, cùm excommunicatio sit exclusio â communione spirituali (Nec obstat; quod ad Judicia non debeat admitti, quo cum cibum capere prohibuerit Salvator, nam

ut

ut maximè concedamus cum D. Ziegleroad Lancellott. *Inſtit.Jur. Canon.d.l.* §. *13.* prohibitionem de cibo capiendo excommunicatos ſpectare (quod negat Johann Selden *de Synedr.veter.Ebræ.lib.1. c.9.*) Ipſa tamen phraſis ſingularem notat familiaritatis modum, quem profectò non contrahit cum excommunicato, qui cum eô litigat in Judicio. 31) 31
Non enim ſtatim, ob quæ peccata quis excidit Eccleſia, excidit etiam Republica, nec qui deſinit eſſe membrum Eccleſiæ, deſinit etiam eſſe Reipublicæ; hinc quoque non ſine magno Rerumpublicarum detrimento ſæpius nimis ambitioſè poteſtate excommunicandi abuſi ſunt Pontifices Romani, qui Principes & Reges ob delicta excommunicatos Regno ſimul exuerunt. Diſtinctæ res ſunt Eccleſia & Reſpublica, Reinking. *d. Reg. Sec. & Eccleſ. lib.3.claſſ.2.cap. 2. n.34. & 40.* D.Struv. *Diſſ. crim. 15.th.30.* Havemann *de Jure Epiſcopali tit. 10.* §. 2. 32) Hodiè ac præſertim in Archi-Epiſcopatu 32
Magdeburgenſi, ad contractus quidem aliaque jura exercenda excommunicatus admittitur, ſed ab honeſtis & publicis conventibus nec non familiari converſatione excluditur. *ſecundum ſæpiùs alleg.* Fürſtl. Magdeb. Kirchen Ordnung *d. c.12.* §.*26.* Wann aber ſolches letzte Gerichte über einen Halßſtärrigen Sünder ergangen ꝛc. Soll die Weltliche Obrigkeit einen ſolchen Menſchen verbieten alle Hochzeiten und ehrliche Geſellſchafften/und achtung darauff geben/daß niemand einige Gemeinſchafft mit ihm habe/ & §. 27. Doch ſoll ihm ſeine Nahrung zu ſuchen / zu arbeiten und zu handeln / und Burgerliche und Nachtbarliche Rechte zu genieſſen unverboten/und Er ſchuldig ſeyn/ſeine Dienſte/ Pflichte und anders zu leiſten / auch bey allen Predigten ſich einzuſtellen. 33) Circa has pœnas Canonicas animadvertendum eſt, quod de jure Canonico, ſi quis pœnas 33

ejus-

ejusmodi & censuram Ecclesiasticam contemserit, Episcopus pro executione brachium seculare implorare queat *c. principes 23. qu. 5. c. 1. in fin. c. quoniam in fin. X. d. ff. ordinar. c. statuimus. vers per temporalem X. d. maledic.* teneturque Judex secularis Ecclesiastico, uti & hic vicissim illi, atque ita mutuò sibi invicem operam præstare in exequendis sententiis. Covarruv. *Tom. 2. variar. resolut. cap. 10. n. 1.* D. Henr. Gebhardi aliàs Wesener *d. potestat. s. regimin. Ecclesiast. in Jure*
34 *Ecclesiast. apud Fritsch. tract. d. Jure Eccles. pag. 141.* 34) CONTRARIA sunt INDULGENTIÆ, TAXA PECUNIARIA, CONVERSIO IN MULCTAM & REMIS-
35 SIO. 35) In Veteri Ecclesia quando aliquid ex impositis satisfactionibus remittebatur, dicebatur *Indulgentia*; quæ significat quandam juris relaxationem, cum minus severè quam posset, cum aliquo agitur, Ungebauer in *Comment. ad tit. de pœnit. & remiss. n. 8.* quæ tamen toto cœlo à Papalibus Indulgentiis differt. Contigit enim interdum, ut *persecutio* ingrueret, quo in statu, ut eo alacrior fieret pœnitens ad sustinenda martyria, ante tempus ab Ecclesia ad satisfaciendum definitum absolvebatur, & cum Ecclesia reconciliabatur; Cyprian. *lib. 1. epist. 2.* vel si positus in annis pœnitentiæ gravi cum morbo luctabatur & morti appropinquabat, ne ab Ecclesia ligatus, adeoque etiam in cœlis ligatus demigraret in alterum orbem, indulgentiam obtinebat, & condonabatur tempus residuæ pœnæ aliàs complendum, scilicet si moreretur, quando autem non moriebatur, indulgentia non habebat locum, sed pœnitens residuum tempus complere cogebatur D. Chemnitius *in alleg. colleg. manuscr. d. disciplin. eccles. veter. Christian.* vel si in pœnitente tantus conspiceretur de admisso peccato dolor ac fervor contritionis, ut Ecclesia ad maturandam reconciliationem moveretur; vel si Confessionarius vel pœnitentiarius per impru-

dentiam pœnitenti indiſcretam pœnitentiam, & ſine cauſâ tàm difficiles ac diuturnas ſatisfactiones, imò aliquando intolerabiles impoſuiſſet, tum utique de ſummo illo rigore & nimia ſeveritate aliquid remittendum fuit, adeoque pœnitenti per indulgentiam ſuccurrendum, Auguſtin. *in lib. d. ver. & falſ. pœnitent. c. 10.* 36) Adſtipulatur hiſce Apologia 36
Auguſtanæ Confeſſionis *de confeſſ. & ſatisfact. pag. 198. verb. Indulgentiæ olim erant condonationes publicarum pœnarum, ne minimum gravarentur homines* ſicut & D. Martin. Chemnitius *in Exam. Concil. Tridentin. part. 4. pag. mih. 117.* hiſtoricè demonſtrat, quod olim Indulgentiæ nihil aliud fuerint, quàm moderationes, relaxationes, ſeu remiſſiones illarum mulctarum canonicarum, quæ in publica pœnitentia uſitata tunc erant.
37) Succeſſerunt poſtea redemptiones ſeu commutationes 37
publicarum ſatisfactionum; ita Burchardus ex pœnitentiali Romano multa de redemptionibus ſatisfactionum transſcribit, *ut pro uno die, quem in pane & aqua quis jejunare debet, quinquaginta Pſalmos genibus flexis, vel ſeptuaginta Pſalmos genibus flexis, vel ſeptuaginta ſtando dicat, & unum pauperem paſcat. Qui Pſalmos non novit, dives unum diem tribus denariis, pauper uno redimat, vel tres pauperes paſcat. Una hebdoma redimitur trecentis Pſalmis. Unus menſis mille ducentis. Pro uno anno det pauperibus in Eleemoſynam viginti duos ſolidos, pro quadragenis computet pretium cibi.* Ex quibus colligitur, ſolitas quidem juxta canones, pro publicis delictis veteres ſatisfactiones imponi, ſed pœnitentibus licentiam conceſſam, ut partem earum commutatione, ſicut dictum, redimerent, quidam verò dicebant redimi non poſſe, ſed absque commutatione complendas eſſe Chemnit. *d. l.* vid. D. Nieman. *diſſ. d. Indulgentiis Ienæ habita per tot* 38) Olim in anno centeſimo ſeu JU- 38
BILEO à Pontifice Bonifacio VIII. inſtituto, qui â vigilia Nativitatis Chriſti incepit, ad Romanas Baſilicas Petri

& Pauli reverenter verè pœnitentibus & confeſſis accedentibus, pleniſſima omnium peccatorum remiſſio & indulgentia concedebatur, ita tamen ut Romani ad minùs 30. diebus continuis ſeu interpolatis vel ſaltem ſemel in die, peregrini autem & forenſes ſimili modò 15. diebus ad easdem Baſilicas accedant *c. 1. Extravag. comm. de Pœnitent. & Remisſio.* Paul. Laqman. Theolog. moral. *lib. 5. tract. 7. cap. 8.*
39 Eò 39) autem perventum eſt apud Pontificios, ut peccata certa mulcta ſeu pœna pecuniaria æſtimaverint,
40 unde orta eſt TAXA POENITENTIARIA 40) vid. *Simonia Curiæ Romanæ Invictiſſimo Carolo V. Cæſari Auguſto à Reverendisſimis & Serenisſimis S. Romani Imperii Electoribus Illuſtrisſimisque Principibus, in Comitiis Norinbergenſibus anno 1522. Oratori Pontificio propoſita, ubi n. 67. ſub rubrica: quemadmodum plus pecuniæ, quàm pœnitentiæ peccatoribus imponunt: ita habetur: Patrum Canonibus ſancitum eſt, ſpiritualibus & manifeſtis peccatis ſpiritualem pœnitentiam ſeu ſatisfactionem imponendam eſſe, ut ſic non pecuniæ lucrum, ſed potius animarum ſalus quæri intelligatur. At Eccleſiaſtici Judices & officiales perperam animadverſis Canonibus dictam ſpiritualem pœnitentiam in tantum exaſperant, aggravant & augent, uti Laici, priusquam eam ſatisfactionem acceptare velint, pecunia magis ſibi ab ipſis immunitatem comparent: Quare Laici multum premuntur, Eccleſiaſtici contra multum ditantur, utpote qui in ſuum privatum commodum, & partis agunt munus & Judicis, quod tamen omnibus juribus diſſonum. Similiter in libello, cui titulus eſt: Taxa Cancellariæ Apoſtolicæ juxta ſtylum hodiernum Romanæ Curiæ:* ſeqq. leguntur, quæ in gratiam lectoris apponenda cenſemus. Verba taxæ hæc ſunt: *Diſpenſatio de contrahendo in cognatione ſpirituali gr. 60, expedivi tamen unam pro gr. 50. ſed de gratia. Idem eſt judicium in ſecundo gradu, & componitur cum datario, in maxima ſumma aliquando 300. & etiam 500. Et alias juxta qualitatem perſonarum. Et nota diligenter,*

ter, quod hujusmodi gratiæ & dispensationes non conceduntur pauperibus, quia non sunt, ideò non possunt consolari. In 3. & 4. gradibus conceduntur pœnitentiario, quia contrahentes se attinent. In 2. & 3. componitur pro tertio ad ducat 25. Si Nobiles ad ducatos 60. & fit declaratoria super secundo & non componitur. Sub rubricæ porrò de matrimonialibus causis ibidem legitur: *non esse dispensandum cum pauperculis, eò quod non habeant, unde satisfaciant Taxæ ordinariæ.* plura vide apud Havemann. *in Gamologia Synoptica de jure connubiorum lib. 2. tit. 5.* quid judicii de hâc taxa pœnitentiaria habuerit Claud. Espanecæus ex propriis verbis perspicere licet, *part. 1. Disputat. Theolog.* D. Johann. Gerhard. *Disp. 4. §. 25. p. 876.* adde Hortleder in seinen Handlungen von Ursachen des Teutschen Krieges Käyser Carls des V. *lib.* 1. *cap.* 47. Quæritur autem,
41) NUM LICEAT POENITENTIAM ECCLESIASTICAM CONVERTERE IN POENAM PECUNIARIAM? & *Negatur.* Esset enim illud contra primævam pœnitentiæ publicæ institutionem & scopum, quæ uti in proximè præcedenti Capite dictum, in eo consistit, ut delictum publicum ad placandam Ecclesiam deprecatione agnoscatur, scandalum obliteretur, & â simili facto alii deterreantur, vid. Martin Chemnit. *in examin. ad Concil. Tridentin. de Satisfaction. c. 15. pag.* 225. 42) at mulcta data & omissa pœnitentia non satisfit Ecclesiæ, neque scandalum aboletur, itaque Pontifex Gregorius ad Petrum Subdiaconum rescripsit: Cognovimus, quod si quis ex familiâ culpam fecerit Ecclesiæ, non in ipsum, sed in ejus substantiam vindicatur. De qua re præcipimus, ut quisquis culpam fecerit in ipsum quidem, ut dignum est, vindicetur: â communione autem ejus omninò abstineatur *caus. 16. quæst. 6. can.* 4. 43) Cui sententiæ adstipulantur Orthodoxi iique egregii Theologi: sic Fridericus Balduinus *commentar. ad cap. 2. epist.*

ad Corinth. quæst. 3. aphorism. 7. fol. 585. piè ait: Publicè delinquentes totam affligunt Ecclesiam, quam putridorum ejusmodi membrorum pudet, quæque sæpius ob unius vel alterius crimen tota plectitur. Proinde publicis etiam precibus hic opus est, ut Deus ejusmodi scandala clementer avertat, ne vel nomen ejus, propter eos blasphemetur, vel vindicta ejus in nos acuatur, & D. Andreas Keslerus *in Theologia casuum conscientiæ cap. 2. pag.* 10. statuit daß 1. unrecht sey / wenn sich ein öffentlicher Sünder schämet / Kirchen-Busse zu thun / und zu Enthebung derselben Geld darbeut / 2. daß es unrecht sey / wann die Obrigkeit aus Gunst die Kirchen-Busse bey einem oder dem andern aufhebet / und den Sünder läst durchgehen / oder an statt der Kirchen-Busse eine gewisse Summa nimbt / und also auch darinn wahr machet / Geld kan alles: Denn erstlich wird damit die Kirchen-Züchtigung in eine weltliche Straffe verwandelt / 2. die Kirche ihres Rechts beraubet / 3. Die End-Ursache der Kirchen-Busse wird aufgehoben / 4. die öffentlichen Sünder werden gestärcket / 5. wird groß Aergernüß der Gemeine gegeben / 6. zur Unehre des Kirchen-Ampts wird die Ehre dem Mammon / und in dem Fall dem verfluchten Geld gegeben / daß es einen Sünder mit der Kirchen reconciliiren und versöhnen möge / man möchte aber wohl hier sagen mit dem heiligen Apostel Petro *Act. 8. v. 20.* Daß du verdammet wärest mit deinem Geld / du meinest / Gottes Gabe werde durch Geld erlanget / es ist ie die Versöhnung mit der Gemeinde Gottes / nicht ein Politisch / sondern ein Theologisch / nicht ein Weltlich / sondern ein Geistlich Werck / da soll Silber und Gold nicht angesehen werden / sie ist ein Kirchen-Werck / da soll Politische Gunst nicht regieren / sie gehöret

zu

zu den Schlüsseln/die der gantzen Kirchen gegeben seyn/die sollen die Weltliche Obrigkeiten nicht pro Imperio nach ihren Willen handelen/als Herren/sondern nach Christlicher Ordnung als fürnehme Glieder der Kirchen; Aber es will/ leyder! nicht allezeit dieser Unterscheid in acht genommen werden/ wie es wohl seyn solte / darümb gehet es auch offtmahls zu/ daß es wohl besser tauget. Premitur ab infortuniis Politia, quia à Politia premitur Ecclesia. Simile judicium fert Joh. Binchius *in tract. Remed. impietat. cap. 10. pag. 150. & 160.* Wenn schon der Obrigkeit eine grosse Geld-Straffe wegen solchen Sündern gegeben wird/so werden die Sünder doch dadurch nicht bekehret / sie kommen zwar zum Beichtstuhl/erkennen ihre Sünden/wann sie vom Prediger darzu ermahnet werden / aber weiln sie von der Obrigkeit/ nach erlangter Geld-Straffe/absolviret, vermeinen Sie/ rem benè gestam, Sie haben ihre Straffe ausgestanden/ unterdessen haben Sie alle ihre Gedancken darauf gerichtet/ wie Sie mit Schänden/Betrug und Vervortheilung ihres Nähesten ihre Geldstraffe und noch darüber/wieder gewinnen mögen/ wo bleibet aber unterdessen die gebührende Versöhnung mit der Kirchen? Das heisset sich nicht allein frembder Sünden theilhafftig machen / sondern die arme Seele des ärgerlichen Sünders ferner in Sünden / Verderben / und Verdammen stürtzen/ *jung.* Nicol. Rebhan. *dict. tractat.* Von öffentlicher Kirchen-Buß. *cap. 11. pag. 145. & seqq.* & 44.) deprecationem publicam iis in locis, ubi recepta est, in mulctam haut esse convertendam ex numero JCtorum tradunt, D. Dietherrin *addit: ad Besold. Thesaur. Practic. voc.* Kirchen-Buß. *fol. 465.* D. Johann. Philippi *in usu pract. Instit. lib. 4. tit. 18. §. 4. Ecclog. 84. num. 14.* 45) Est & Electoris Saxonici 44 45

xonici Resolutio gravamin. de anno 1651. tit. von Consisto-
rial-Sachen &c. §. Was zum sechsten *fol. Corp. Saxon. 1015.*
expressè sancitum, daß die Geistlichen die Kirchen-Busse
46 &c. keines weges in Geld verwandlen &c. Hisce autem 46)
NIL quicquam OBSTAT, quod in contrarium movetur,
(1.) In pœnalibus Judiciis arbitrium salvum esse, ita Alexan-
der III. ad Episcopum Leoniensem scribit *Sanè quùm vir
discretus existis, plenius nosti, quod in excessibus singulorum non so-
lùm quantitas & qualitas delicti, sed ætas, scientia, sexus, atque condi-
tio delinquentis sunt attendenda, & non solùm secundum prædicta, sed
secundum locum & tempus, quo delictum committitur, unicuique pœ-
nitentia debet indici, quum idem excessus magis sit in uno, quàm in
alio puniendus cap. sicut dignum 6. X. de homicid. voluntar & ca-*
47 *sual.* 47) (2.) quoniam observantiæ sit, Consistorium aut Ma-
gistratum, cui jura Ecclesiastica competunt, arbitrari, de quâ
specie pœnitentiæ sententia accipi, & executioni mandari
48 debeat, David Mevius *part. 7. decis. 293. fol. 1173.* 48) (3.) Sen-
tentiam istam in Elector. Saxon. Synodali Decreto de an-
no 1624. §. Und nachdem wir &c. esse receptam, & in supre-
mo Consistorio Dresdensi multis præjudiciis esse firmatam,
teste Carpzov. *lib. 3 Jurisprud. Consistor. tit. 7. def. 86.* Ubi autem
jura Saxonica fundamentum habent in Jure communi, iis
sanctionum pragmaticarum instar tutò inhærere licet, prout
49 deducit Sigism. Finckelthaus *observ. 1.* (4.) & quicunque 49)
habet potestatem imponendi pœnitentiam Ecclesiasticam,
is etiam habet potestatem eandem abrogandi, diminuendi,
vel in mulctam convertendi, idque ex potestate Jurisdi-
ctionis Ecclesiasticæ, (5.) quod pœnitentia Sacramentalis ho-
diè Sacerdotibus sit arbitraria, adeò ut Sacerdos pœniten-
tiam ex canone indictam vel à Pontifice impositam, ex cau-
sa immutare vel minuere possit, Menoch. *d. arbitr. judic.*
50 *quæst. lib. 2. cent. 4. cas. 391.* (6.) accedit 50) quod etiam per

pœna

pœnam pecuniarum scandalum Ecclesiæ datum avertatur, cum omnibus innotescat, pœnitentem ita fuisse punitum (7.)Concurrit 51) favor piorum locorum, pro quo pugnat 51
Carpz. *d.l.n.15. & 16.* inquiens, planè ratio quandoque in dictamine mulctarum habenda est piæ causæ, ædificiorum Ecclesiasticorum & parochianorum, ne illa corruant, hi verò nimio expensarum onere graventur, sumtibus nempè ex indictione mulctarum desumtis, quod fiscum vel ærarium etiam Ecclesiasticum non parum sublevabit, atque ita, quod ex parte veniam delinquentibus tribuit, alterâ ex parte favorem & commodum ærarii Ecclesiastici alteriusve piæ causæ promovebit. Tandem(8.)admittenda 52)hæc opi- 52
nio propterea videtur, quoniam modus procedendi cum pœnitentia Ecclesiastica in sacris literis nunquam expressus, sed liberæ Ecclesiæ dispositioni relictus est, prout pluribus deducit Joh. Binchius *in remed. impietat. cap. 10. per tot.*
53) Quæ omnia autem tanti momenti aut ponderis non 53
sunt, ut à priori recedamus; ea enim quæ ex Carpzovio & aliunde adducta sunt, facilè dilui possunt. Quamvis enim in pœnalibus Judex arbitrio uti possit, probè tamen distinguendæ sunt cum Sichardo *ad l. etsi severior 3. & l. si Possidonium 4. n. 12. & 13. C. ex quibus caus. infam. irrogat.* Causæ civiles & Criminales, Politicæ & Ecclesiasticæ. In Criminali Judicio Judex liberum habet officium, ita ut à libello liberè discedere possit. *l. hodiè, 13. ff. de pœnis*, licet enim quis accuset ad pœnam capitalem, judex tamen, omissa petitione, accusatum potest condemnare in pecuniam, si justa causa subsit. Et est diversitatis ratio, quod in Civili non possit recedere à libello, in criminali possit, quia judicium civile respicit jus partis, quod radicatum est in agente, sed illud judex nemini potest auferre. Criminale judicium rempublicam respicit, ideò judex tanquam Minister Reipublicæ,

ex

ex causa potest alterare pœnam. Sicuti jam judex in rebus civilibus parti jus in actione radicatum tollere nequit, sic parili ratione multo minus Magistratus Ecclesiæ deprecationem, quam ipsi criminosus debet, tollere, vel pro ea mul-
54 ctam ærario tribuere potest. Ad (2.) verum 54) quidem est, arbitrium judicis respectu rituum pœnitent. Ecclesiast. in usu multum esse fundatum; considerari tamen debet, quod jura Canonica, prout supra deductum est, arbitrium ad talem causam restringant, quæ ipsum delictum minuit, adeoque ex natura delicti fundamentum alterationis suppeditat, sicuti causæ ejusmodi mitigationis ratione quantitatis & qualitatis à Pontifice Alexandro *dict. c. 6. X. d. Homic. volunt. & casual.* adducuntur, & juxta Rescriptum Innocent. XII. Pœnitentia non tam secundum quantitatem excessus, quam pœnitentis contritionem per discreti sacerdotis arbitrium est moderanda *c. Deus 8. X. de Pœnit. & remiss.* Hodiè licet ei, qui extra ordinem de crimine cognoscit, quam vult sententiam ferre, vel graviorem vel leviorem, ita tamen ut in utroque modo rationem non excedat, & pœna qualitati cri-
55 minis debita proportione correspondeat. 55) *Ad (3.4.& 5.)* respondetur, quamvis Magistratui seculari liberum sit, ritus pœnitentiæ pro ratione circumstantiarum alterare & moderari, nulla tamen juris ratione fundatum est, quod Ecclesiæ reconciliatio, quæ in deprecatione publica consistit, adimatur, cùm de jure divino & naturali jus quæsitum sine justa & rationabili causa aufferri nequeat; Cesset ergo arbitrium judicis. Neque à D. Carpzovio allegatum Synodale Decretum Electorale Saxonicum *de Anno* 1624. nostram tollit sententiam; ut taceamus jam antea dicta, commutationem pœnitentiæ in mulctam nullo jure niti, ac sacris constitutionibus prohibitam potius esse, sic Constitutiones Provinciales extra territorium Legislatoris nullam obtinent vim obligandi; imò

imò si locus allegatus rectè examinatur, exinde patescit, quod diversi pœnitentiæ publicæ ritus, qui in Electoratu sunt introducti, ibi enumerantur, v. g. quod pœnitentes stent ante portam templi, coram altari genibus procumbant, &c. ejusmodi ritus pro circumstantiarum varietate moderari, & mulcta pro moderatione rituum publicæ pœnitentiæ soluta, ad pias causas applicari potest. Non autem Serenissimus Elector in eodem Constitutione constituit, quod semper & indifferenter in locum publicæ reconciliationis cum Ecclesia, pecunia surrogari, vel publica pœnitentia in mulctam commutari possit. Ad (6.) respondetur, 56) assertum tanti viri firmo talo vix stare, cum certum sit, quod ad paucorum parochialium notitiam veniat, quanta pœna pecuniaria solvitur, & præterea vera reconciliatio efflagitat certa animi signa, quæ palam fieri debent ei, quocum reconciliamur; ad id enim, ut actio justa dicatur, requiritur, ut applicetur ad personam, cui illa debetur Eustrat. *cap. 5. ad 5. Moral. fol. 209.* quod piorum locorum favorem attinet, quem D. Carpzovius fundamenti loco affert, observetur in eo norma, quam Pontifex Innocentius III. *cap. ex tenore 11. X. d. for. comp.* præter jus commune firmat, *Nos*, ait, *attendentes, quod sic sumus viduis in justitiâ debitores, quod aliis injustitiam facere non debemus, & cap. nuper. 6. §. nos autem X. d. donat. int. vir. & uxor.* Licet Ecclesiæ, in causis viduarum se favorabilem exhibere: ergo nec ita piæ causæ favendum, ut injustitia vel præjudicium fiat Ecclesiæ, ex quibus firmiter concludimus, pœnitentiam Ecclesiasticam non posse in pecuniariam converti. 57) Cujus Regulæ tamen talis sit exceptio, nisi urgentissimæ causæ, quæ tamen in consequentiam non trahendæ, Magistratum Ecclesiasticum moveant, ob quas deprecatio publica in aliud pœnæ genus convertat. Quid autem 58) Si consistorium vel is Ju- dex,

56 57 58

dex, penes quem est Jurisdictio Ecclesiastica, imposuisset alicui pœnitentiam publicam, illam autem postmodum ob prægnantem causam convertisset in pecuniariam pœnam, quæstio exoritur; Num ista pecunia, loco deprecationis data, spectet ad Consistorium, num ad judicem Secularem ejusque ærarium? Respondetur, quoniam pecunia est res mere civilis, *regulariter* ad judicem Secularem spectabit, quippe qui etiam in delictis mixti fori, sumptus executionis Criminalis ex Fisco erogare & tanquam onera Jurisdictionis ferre tenetur, ideò pœnarum & mulctarum compendia, tanquam fructus Jurisdictionis, non immeritò ad Jus Fisci spectabunt. *l. mulctarum ff. de modo mulct.* neque facit; quod surrogatum sapiat naturam surrogantis, h. e. quod cum deprecatio decernatur â Consistorio, atque commutatio ab eodem fiat, ad idem pertinere pœnam substitutam, nam axioma illud fallit seu non procedit, quando diversa & singularis inest illi, cui quid surrogatur, qualitas, Magn. D. Struv. *Syntag. Jur. Feud. cap. 4. aph. 4.* vel quando surrogatum fit ad rem diversæ naturæ, quia tali casu non sapit naturam illius, in cujus *locum surrogatum.* Barbos. & Tabor. *thes. locor. comm. lib. 17. cap. 29. locum surrogatum.* Quæ
59 vera sunt, 59) nisi statuto vel consvetudine aliud obtineat, atque ita Illustrissimum Regimem Saxo Ienense in causa M. S. S. Act. & J. Z. S, Rei d. 27. Octobr 1677. respondit. Wiewohl auch hiernechst die cognitio in causis ecclesiasticis, etiam mixtis, dem Fürstlichen Consistorio alhier allein zukommet / und demselben frey stehet / die Partheyen entweder vor sich zu citiren, oder darzu gewisse Commissarios, zuverordnen; So sollen dennoch ufn Fall der Commissions-Ertheilung die Frey-Gerichte zu H. wann man vorhero derselben legalischen Bestellung versichert ist / ins künfftige dabey nicht übergangen werden / auch die Bestraffung

ihrer Unterthanen ihnen verbleiben; hergegen aber dem Fürstl. Consistorio unbenommen seyn/in causis Consistorialis Jurisdictionis die Straffen nach befindung/zu dictiren / und zu eigner Verwendung einbringen zu lassen. Porrò quæritur 60) An ista pecunia Ecclesiæ debeatur, An in Eleemosynam convertenda? In *cap. Presbyteri interfecti composit. Episcopo, ad cujus parochiam pertinet, solvatur, ita ut medietatem utilitatibus Ecclesiæ, cui præfuit, tribuat, alteram in ejus Eleemosynam justè dispertiatur, quia nullus ejus heres proximior videtur, quàm qui ipsum Domino sociavit.* ex quo textu notat *Glossa in verbis*: utilitatibus Ecclesiæ, quod pœnas pecuniarias, quas receperit Episcopus (vel hodiè Consistorium) non debeat ipse lucrari, sed in utilitatem Ecclesiæ convertere, vel dividere illas. Cui sententiæ adstipulantur D. Ungebauer *ad Jus Canon. tit. d. pœn. n. 5.* & D. Ohm. *d. Jure Episcopal. thes. 18.* qui vel in Eleemosynas vel alios pios usus mulctam convertendam esse statuit. Idque Jure Saxonico expresse sancitum videatur Churfl. Sächs. Sinodal. general. decret *d.* 1624. §. Nachdem wir vermercken / daß die Consistoria macht haben sollen / nach der befindung der Verbrechung und beschaffenheit der Sache entweder eine solche Kirchen-Buß oder an derselben statt/eine **Geld-Straffe in das Gotteshaus zuverordnen.** Dissentit D. Weber *de Jure Consistor. c. 29. pag.* 465. *&* 466. qui fisco Principis potius, quàm Ecclesiæ & eorum usibus aut Eleemosynarum materiæ applicandam opinatur; 61) Quæritur, an Princeps aut alius jura Episcopalia possidens & exercens, pœnitentiam publicam delinquenti remittere possit? Ad quod affirmando respondemus. Etenim Principem pœnas per sententiam irrogatas, vel à lege vel ab homine indictas jure regalium remittere, moderare & lenire possit, etiam in præjudicium reipublicæ respectu vindictæ publicæ, in du-

bium est; modo non faciat absque gravissima & sufficienti causa, & modo crimen perpetratum non sit ex numero eorum, quorum pœna vindex esse debet lege divina & æterna. Peregrinus *de Jure Fisci lib. 4. tit. 8. n. 15. 17. & 18*, Carpz. *ad L. Regiam c. 9. Sect.* 11. *n. 17. 21.* Siquidem in his delictis Princeps, vel qui aliàs hoc jure aggratiandi hodie gaudet, quasi de alieno benignus esse nequaquam potest, quæ à DEO, cujus judicia exercet, statuta, vel quæ ex uniformi gentium consensu composita reperitur, Limnæ-
62 us *d. Jure Publico libro 4. capite 8. num.* 279. *&* 283. (62) Huic sententiæ adstipulatur Rebhan im **Bericht von der Kirchen-Busse** *c. 9. pag. 126.* So kan auch ein öffentlicher ärgerlicher Fall dermassen von der Obrigkeit geanthet/desgleichen von Predigt-Ampt sonst öffentlich gestraffet werden/der Sünder auch hinwieder eine Zeit lang so Christlich sich verhalten/und sein Licht also für männiglich leuchten lassen/daß ihm iederman wohl gewogen wird/niemand des vorigen Falles gedencket/vielweniger sich daran ärgert/daß es gestalten Sachen keiner weitern öffentlichen Versöhnung bedarff; Denn die Versöhnung geschihet eigentlich wegen des Aergernüß. Wo nun denselbigen durch andere Mittel albereit abgeholffen ist/heisset es: cessante & sublata causa, cessat sublatusque est effectus. Ja es möchte sich zutragen/daß mit öffentlicher Benahmung einer Person und ihres Falls/ein grösser Aergernüß und Ubel angerichtet würde/als abgeschaffet/da denn billich Kirchen-Diener/ihre Christliche discretion zu halten haben/und auf Er-
63 bauung der Kirchen zu sehen/dahin alles gerichtet seyn soll; Omnia facite ad ædificationem *1. Corinth. 14.* (63) Uti Dnn. Lipsienses Theologi 1663. responderunt apud Dedekennum *in Appendice pag. 559. verbis.* Wenn nun wichtige moti-
ven

ven so wohl pro, als contra indulgentiam hanc von Euch angeführet worden/ als begehret Ihr nach reiffer Erwegung aller Circumstantien berichtet zu seyn: Ob dem Titio die deprecatio publica mit guten Gewissen könne erlassen werden/ oder nicht? Nachdem wir denn diesen Fall in der Furcht des HErrn collegialiter erwogen/ befinden wir freylich/ daß dieses facinus an sich selbst/ als ein doppeltes adulterium, da maritus sponsam alterius violiret, schwer und heßlich genug/ und dannenhero einer Exemplarischen Bestraffung wohl würdig/ auch daß E. Ministerium recht gethan / indem es gebührend darüber geeiffert/ und annoch ümb Ablehnung aller Aergernüß/ wie auch verdächtiger Connivenz bester massen Sorge träget: Allein / weil gleichwohl des delinquenten Seele einem Bericht nach ist gewonnen worden/ also/ daß Er ultro sich bey seinem Beichtvater angegeben/ sein delictum mit Thränen bekennet/ solche Bekäntnüß auch hernach für dem gesamten Ministerio, wiederholet/ weil Er ferner dem Ansehen nach zur deprecation willig gewesen/ wenn nicht die Freundschafft/ Weib und Kind ihme im Wege gestanden/ weil auch so wohl bey der Obrigkeit / als bey denen Adversariis eine und andere Ungelegenheit bey diesem Zustande Ecclesiæ pressæ über solcher Schärffe der Censuræ Ecclesiasticæ zubefahren/ weil auch letzlich niemand auf den Titium, wegen seiner Mißhandlung sich wird beruffen können/ indem Er judicialiter derselben nicht überführet worden; als halten wir darfür/ daß hierinnen nach dem

Ihr nun fort ihm desto mehr vergebet/und tröstet/ auf daß
64 er nicht in allzugrosser Traurigkeit versincke. 64) Atque
tunc pro pœnitentia habetur actio, quæ fit coram publico, quando delinquens in testimonium actæ pœnitentiæ, monumentum quoddam donario ad pias causas erigit, quod de facto & facientis sensu perpetuo velut loquitur, Mevius
65 *part.7.Decis.293.* 65) Veluti Facultas Theologica Lipsiensis in prædicto casu respondit: *verbis.* Und also werdet auch Ihr/sonderlich/ weil wir aus Eurem Bericht nicht satsam sehen können/wie ferne bey Euch bißher die Kirchen-Busse in usu gewesen sey/den bußfertigen Titium desto mehr in gebührender demüthigen Erkäntnüß sein selbst und gläubiger Suchung der Gnade GOttes in Christo zu erhalten euch angelegen seyn lassen/ und ihn dahin ermahnen/ daß/ wie David/ ob Er schon nach begangenen Ehebruch mit keiner Kirchen-Straffe beleget worden/ dennoch durch öffentliche Verfertigung seines 51. Psalms/den Fall selbsten zu erkennen gegeben/und darinnen GOtt und Menschen ihn abgebeten/ also auch Er dahin bedacht sey/ wie seine ernsthaffte Reu denen Geärgerten möge kund werden: Da denn nicht schaden könte/wenn Er selbst *ad pios usus* dem Armuth zum besten/oder der Kirchen/dafern dieselbe etwas zum *ornat* oder sonst benöthiget wäre/ willkührlich (nicht aber GOtt damit die Straffe abzukauffen oder zu versöhnen) ein gewisses Stück Geldes anwenden wolte. Gleichfalls könte auch pro Concione (iedoch mit fürsichtiger Vermeidung aller Special-Umbstände) gedacht werden: Daß/ ob schon dergleichen Gefallener mit öffentlicher Kirchen-Busse/aus erheblicher Ursachen verschonet worden/deswegen doch keiner


hier-

hieraus Anlaß zu sündigen nehmen / oder auch dem Ministerio einige Parteyliche Conniventz zumessen solte. Porro 66) quid sentiendum, si damnati ex indulgentia Prin- 66
cipis per modum gratiæ in integrum restituantur, atque cuncta, quæ amiserunt, honores, ordinem, bona & famam &c. recipiant, an etiam adversus sententiam pœnitentiam publicam imponentem restituti dici possint? Nobis distinguendum esse videtur. Aut specialiter de voluntate absolventis sive restituentis expressa constat: aut non. Priori casu, cum jus veniam pœnæ & gratiam concedendi delinquenbus Principi seu jura superioritatis habenti reservatum, *l. 7. C. d. precib. Imp. offerend.* ibique D. Brunnemann, omninò dicendum erit, per restitutionem hanc specialiter ad pœnam Ecclesiasticam directam à pœnitentia Ecclesiastica peragenda reum liberari. Posteriori verò casu restitutus à pœnitentia publica suscipienda immunis haud erit. Nam ex gratia restitutus non est specialiter restitutus, Menoch. *Vol. 1. Consf.* 103. *n.* 20. quin restitutio in genere facta strictè debet accipi, Magnif. Dn. Struv. *Syntagm. Jur. Civil. Exer. 49. th.* 110. 67) Insuper sæpius tales occurrunt casus, in quibus 67
pœnitentia publica à delinquente peragi non possit: ut si sit captivus & in carcere inopinatò moriatur, vel etiam domi graviter decumbens morte præveniatur, antequam ipsemet cum Ecclesia offensa publicè expiari possit, quamvis in hoc casu delinquens in tempore admonendus, ut per Sacerdotem Ecclesiæ offensæ reconciliationem petat. (2) Si 68) delinquens in peregrinas proficiscatur regio- 68

non habetur, tunc si peccator seriam internam de peccato commisso agat pœnitentiam, de ejus æterna salute non est dubitandum, quia in tali casu nullus pœnitentiæ publicæ adest contemptus, sed privatio, & quia publica hæc pœnitentia, nec quoad rem ipsam, nec quoad formam & modum, est absolutæ & simplicis necessitatis ad consequendam æternam salutem, neque est de substantia pœnitentiæ, neque essentialis ejus pars; licet publica pœnitentia sit necessaria ex hypothesi & alios singulares habeat effectus & finem, uti in præcedent. Cap. pluribus deductum, vid. Rebhan in Bericht von der öffentlichen Kirchen-Buſſe. *Cap. 9. p.* 123. *&* 124. Hæc dicta sufficiant. Portum aspicientes cum navigantibus acclamamus, TERRAM, TERRAM! Ideoque

Anchora de prora jacitor, stent littore puppes.







COROLLARII INSTAR

CASUS esto. *Sempronia* 70) confitetur, *Titium* cum ea 70
ſtuprum commiſiſſe, vel rem habuiſſe; *Titius* vero negans & indicia purgans ab inquiſitione hujus inculpati delicti per ſententiam abſolvitur. *Titium* quod attinet, immunis omnino à pœnitentia publica erit, conſ. *cap.3. in fin.* Num autem *Sempronia* in confeſſione perſiſtens pœnitentiæ publicæ ſe ſubjicere debeat, in quæſtionem venit? Sanè prima fronte affirmandum id eſſe videtur *arg. cap.* 5. *X. d. Adult. & Stupr.* Attamen cùm *Sempronia* forſitan ex ſpe & intentione conſequendi *Titium* in matrimonium delictum hoc *ſimulatè* confeſſa ſit, & nulla alia commiſſi ſtupri vel imprægnationis probabilia extent indicia, contrarium æquius eſſe putamus, præprimis, cum in ejusmodi caſibus correſpectivis, & delictis mutuis, utriusque perſonæ conformis confeſſio, corpus delicti repræſentent. Et licet *Sempronia* per ſimulatam ſtupri confeſſionem, & falſam inculpationem ſcandalum aliquod Eccleſiæ dederit, quod meritò in *Sempronia* in foro ſeculari reprehendendum. Quia tamen de delicto ſtupri certò non conſtat, & pœnitentia publica tantùm in delictis publicis, enormibus, manifeſtis, & Eccleſiæ ſcandaloſis locum habet, quale delictum falſa inculpatio non eſt,

öffentliche Sünden/sondern allein die jenigen/ welche auch die andre Eigenschafft an sich haben/daß es seyn enormia & atrocia peccata, seu lapsus graviores, cum publico scandalo conjuncti, grobe schreckliche ärgerliche Sünden-Fälle.

Tantum!

SOLI DEO GLORIA.



Cæte-

Cæterùm *Benivolus Lector* irrepta errata typographica pro sua animi bonitate ipse velit, corrigat, neque malè de iis judicet. Bis placet sententia Johannis Secerii, qui testè Camerario dicere solitus fuit: *Talia errata nihil afferre incommodi posse: aut enim leguntur editi libri ab eruditis & ingeniosis, aut ab ineruditis & inertibus. Isti facilè animadvertunt istos lapsus, & sciunt tollere vitiosa. His ne studiosè quidem edita atque incorruptissima scripta prosunt.*

VIRO JUVENI
Eximiis virtutibus & nobilioris industriæ laude
commendatissimo,
DN. JOHANNI FRIDERICO KNORRIO,
Legitimæ Eruditionis Candidato,
cum applausu disputanti
FELICITER!

Didicisse jura ritè pœnitet nunquam.
Nec pœnitebit, qui beare thesauris
Mentem laborans perdit æra. *Mi Knorri,*
Boni Satelles, Temperantiæ Cultor,
Gressu veloci pergis, & Juventuti
Das æmulandæ diligentiæ exemplum,
Ridente Phœbo Gratiisque, fulgentem
Merens Coronam; quin *Patrisque* vestigans
Pedes viasque fervidos rotas currus.
Temnis profanum. Sic amasse Virtutem
Non pœnitebit. Templa lætus ascendis
Themidos verendæ. Is, auguror, Tibi fervor
Haud pœnitendos cum lucro feret fructus.
Astræa Te olim haud infimo loco ponet.

quod
hoc authoschediasmate
vovet
PRÆSES.

